propoſto. La maniera generale di ragguagliare il Ciclo lunare ricerca una propoſizione a parte; ma dal 325. al 5100. ragguagliaſi collocato l'aureo numero 3. ſotto la lettera collaterale all'anno non maggiore del propoſto, intendendo per anno non maggiore l'uguale, o pure il proſſimamente minore del propoſto. L'aureo numero trovaſi coll' aggiugnere 1. al dato anno di Criſto, e diviſa la ſomma per 19. col prendere il 19. per aureo numero, quando l'avanzo è nullo, o col pigliare per aureo numero l'avanzo della diviſione. Che però dovendoſi trovare l'epatta del 1428. primieramente eſſendo 325. P l'anno non maggiore del proproſto ſituato il 3. ſotto P ſarà ragguagliato il Ciclo lunare. Secondariamente aggiunto 1. all'anno dato, e diviſa la ſomma 1429. per 19. avanzano 4. a' quali nel Ciclo regguagliato ſovraſta l'eppatta XI. onde queſta nel Calendario moſtra i novilunj Eccleſiaſtici del 1428. Ma cercando l'apatta del 2737., perche l'anno non maggiore del propoſto nelle caſe de' ragguagli è 2600. t. il Ciclo rimane ragguagliato ſottoponendo 3. al (t); ma dividendo 2738. per 19. avanzano 2., a' quali nel Ciclo ragguagliato corriſponde il VII. ecco dunque l'epatta cercata. Finalmente dovendoſi trovare l'epatta del 1747. ſi ragguaglierà il Ciclo ſoggettando l'aureo nume-

quibus in Cyclo æquato imminent VII. en epactam anni 2737. Demùm ſi inveſtiganda foret Epacta anni 1747. æquabitur cyclus poſito aureo numero 3. infra C, & quia diviſis 1748. per 19. nihil ſupereſt epacta quæſita imminebit aureo numero 19. Cycli æquati, eritque XVIII.

Ne cui negotium faceſſat diviſio per 19. vacantibus Cycli lunaris ſegmentis inſcipti ſunt numeri multiplices ipſius 19., ut diviſione omiſſa inquirere liceat aureum numerum ſola ſubſtractione. Erg o patet uſus Cycli lunaris, qui erat explicandus.

COROLLARIUM I.

CUm literæ ſingulis epactis iminentes non modo ejſdem epactis ſubſtitui queant tanquam quantitates valoris æquipollentis, verùm etiam reipſa in Martyrologio fuerint ſubſtitutæ inventa epacta currente etiam litera Martyrologii innoteſcit, nempe illa, quæ Epactæ currentis contubernalis eſt.

mero 3. alla lettera C, e perche dividendo 1748. per 19. l'avanzo è nullo, l'aureo uumero ſarà 19., con cui nel Ciclo ragguagliato va accoppiata l' epatta da trovarſi XVIII.

Per isfuggire la noja di dividere nelle parti del Ciclo Lunare vacanti ſono ſtate ſcritte varie ſomme del 19. onde tralaſciata la diviſione ſi poſſa da chi voglia cercare l'aureo numero per ſemplice ſottrazzione. Dunque rimane in chiaro l'uſo del Ciclo lunare da paleſarſi.

COROLLARIO I.

SOvraſtando a ciaſcuna Epatta la ſua propria lettera non ſolamente poſſono ſurrogarſi tali lettere alle Epatte come quantità di valore equivalente; ma in fatti nel Martirologio ſono ſtate ſoſtituite tali lettere alle medeſime epatte, onde trovata l'epatta corrente la lettera, che le ſouraſta nel Ciclo è quella del Martilogio.

COROLLARIUM II.

A Concilio Nicæno primo ad correctionem Gregorianam intercedunt anni Iuliani 1257. quibus nulla habita fuit æquatio Cycli Lunaris: ergo antiquum Calendarium motibus Lunaribus congruere non poterat circa finem ſæculi ſextidecimi cum ſeculis Iulianis 25. novilunia anticipent octiduo, eaque de cauſa numeris aureis in veteri Calendario deſcriptis meritò ſubrogatæ ſunt epactæ, ut neceſſariæ æquationes nulla deinceps facta Calendarii mutatione obtineri queant.

PROPOSITIO VIII.

Annum Lunarem Eccleſiaſticum invenire.

Annus lunaris, quo Eccleſia utitur civilis eſt, utpote menſibus lunaribus certo dierum numero conſtantibus integratus negligendo fractiones dierum quouſque in ſolidam diem excreſcant. Dividitur in communem lunationum duodecim, atque amboliſmum lunationum tredecim, ac rurſus uterque in ordinatum, cavum, atque abundantem. Annus communis ordinatus eſt dierum 354. emboliſmus ordinatus dierum 384. Ab ordinatis cavi differunt defectu abundantes exceſſu unius diei. Anni

ni

COROLLARIO II.

DAl Concilio Niceno primo alla correzzione Gregoriana paſſano anni 1257. ſenza ragguaglio del Ciclo lunare. Dunque nel fine del decimoſeſto ſecolo l'antico Calendario non poteva confrontare colla Luna, perche i novilunj anticipano a ragione di otto giorni in 25. ſecoli Giuliani. Per ciò a'numeri aurei nell'antico Calendario regiſtrati ſono ſottentrate meritamente l'epatte, colle quali ſi fanno a dovuti tempi i neceſſarj ragguagli del Ciclò lunare ſenza verun cangiamento del Calendario.

PROPOSIZIONE VIII.

Trovare l'anno lunare Eccleſiaſtica.

L'Anno lunare adoprato dalla Chieſa è civile per eſſer compoſto di meſi lunari dotati di ſoli giorni col traſcurare le minuzie del tempo fin che non giungono a fare un giorno intiero. Divideſi in comune di dodici, ed emboliſmo di tredici lunazioni civili, ogn'uno de' quali ſi ſuddivide in ordinato, cavo, e colmo. L'anno commune ordinato è di 354. l'emboliſmo ordinato di 384. giorni, differendo gl'anni cavi per difetto, i colmi per ecceſſo di un giorno dagli ordinati. I meſi dell'anno lunare non hanno nome proprio ſul Calen-

len-

ni lunaris menſes in Calendario ſunt anonymi, ſed cum Paſchatis gratia obſerventur eiſdem quadrant antiqua nomina ita, ut primus dicatur Niſan, ſecundus Iiar, tertius Sivan, quartus Tamuz, quintus Ab, ſextus Elul, ſeptimus Tiſri, octavus Marcheſuan, nonus Caſleu, decimus Thebet, undecimus Schebat, duodecimus Adar, tertiusdecimus, qui ſolis emboliſmis ſuperadditur Veadar.

Hoc anni genus licet communiter ignoretur, quia civilibus uſibus ſatisfacit annus Solaris, re vera ineſt Calendario, cumque non parum interſit annum lunarem Eccleſiaſticum noſſe ſic invenitur. Anni ſolaris tam dati, quam ſequentis quærantur epactæ; deinde ex Calendario inveſtigetur dies poſterior 7. Martii, atque anterior 6. Aprilis in quem cadit epacta dati anni ſolaris, illa quippe eſt Neomenia Niſan, a qua lunaris annus ducit exordium, & conſequentes Neomeniæ incohant ſequentes ex ordine Lunares menſes uſque ad finem anni ſolaris dati. Tum adhibendo epactam novi anni ſolaris quærantur dies pertinentes ad novilunium civile Ianuarii, ac Februarii, in illos enim incidunt Neomeniæ reliquorum menſium anni Lunaris, & quoniam quærendo eandem epactam ab octavo Idus Martias ad nonas Apriles incluſis terminis rurſus habetur Neomenia Ni-

lendario, ma perche ſi oſſervano in grazia della Paſqua quadrano a' medeſimi gl'antichi nomi in guiſa, che poſſono chiamarſi il primo Niſan, il ſecondo Iiar, il terzo Sivan, il quarto Tamuz, il quinto Ab, il ſeſto Elul, il ſettimo Tiſri, l'ottavo Marcheſuan, il nono Caſleu, il decimo Thebet, l'undecimo Schebat, il duodecimo Adar, il decimoterzo proprio de' ſoli Emboliſmi Veadar.

Queſta ſorte d'anno benche a molti incognito, perche agl'uſi comuni ſoddisfà l'anno ſolare, in realtà ſta deſcritto ſul Calendario, e tornando conto di ſaperlo, ſi trova così. Cercate l'epatte del dato anno, e del ſeguente con badare in qual giorno dopo li 7. Marzo, ed inanzi a' 6. d'Aprile cada l'epatta del dato anno Solare, che quello è il capo d'anno lunare, o ſia la Neomenia di Niſan, dopo cui la medeſima epatta vi paleſerà ordinatamente le Neomenie degl'altri meſi lunari fino a Decembre, dove giunto prendete l'epatta del nuovo anno Solare, e notate i giorni ſpettanti al novilunio civile ſi di Gennaro, come di Febraro, poiche ad eſſi appartengono le Neomenie degl'altri meſi lunari. Finalmente perche cercata la ſteſſa epatta tra gli 8. di Marzo, e 5. di Aprile incluſi i termini ſi trova la Neomenia del Niſan ſeguente il giorno anteriore ſarà l'ultimo dell' an-

Niſan pridie ejus diei terminatur annus lunaris inveniendus. Ergo numeratis ex Calendario diebus a Neomenia primi Niſan ad Neomeniam ſecundi Niſan computato biſſexto quando annus Solaris intercalatur, initium, finis, & ſpecies anni lunaris eccleſiaſtici innoteſcet. Ut prçceptum exemplo illuſtretur, quæratur annus lunaris Eccleſiaſticus 1731. Quoniam dati anni epacta eſt XXII. incidet Neomenia Niſan in 9. Martii, Neomenia Iiar in 7. Aprilis, Neomenia Sivan in 7. Maii, & ſic de çteris uſque ad undecimi menſis Neomeniam incidentem in 29. Decembr. anni 1731. Tum aſſumpta ſequenti epacta III. invenietur Neomania Adar concurrere cum 28. Ianuarii, & Neomenia Veadar cum 26. Februarii, quæ tamen ob biſſextum erit 27. novo anno lunari ineunte 28. Martii, & veteri deſinente pridie ejus diei. Sed dies in Calendario numerantur 365, quibus addendo 1. ob biſſextum anni 1732. ſpectantem ad menſem Adar dieſque 19. a nona Martii, unde cæpit annus lunaris ad 27. ſequentis Nartii, ubi deſinit, conficitur ſumma dierum 385. Ergo quæſitus annus lunaris eſt emboliſmus abundans.

CO-

anno lunare bramato, onde contando ſul Calendario i giorni dalla Neomenia del primo Niſan alla Neomenia del ſecondo Niſan col biſſeſto quando interviene, ſi haverà il principio, fine, e ſpecie dell'anno lunare eccleſiaſtico. Per illuſtrare con qualche eſempio il precetto habbiaſi da trovare l'anno lunare eccleſiaſtico del 1731. Perche l'epatta del dato anno è XXII. caderà la Neomenia di Niſan a' 9. Marzo, di Iiar a' 7. Aprile, di Sivan a' 7. Maggio, e così degl'altri fino alla Neomenia dell'undecimo meſe, che verrà inſieme co' 29. Decembre del 1731. Poſcia preſa la ſeguente epatta III. troverete, che la Neomenia di Adar concorre co' 28. Gennaro del 1732., e la Neomenia di Veadar co' 26. Febraro quali a cagione del biſſeſto ſaranno 27. principiando un nuovo anno lunare da' 28. Marzo del 1732., e compiendoſi il vecchio nel giorno antecedente. Ma l'anno regiſtrato ſul Calendario contiene giorni 365. a' quali aggiunto 1. per cagione del biſſeſto, ed in oltre giorni 19. perche l'anno cominciato da 9. Marzo del 1731. finiſce ne' 27. Marzo ſeguente, danno la ſomma di giorni 385. Dunque l'anno lunare cercato ſarà emboliſmo colmo.

CO-

COROLLARIUM.

EOdem modo patet determinari poſſe annos lunares ad quodvis tempus non excedens annos æquationum in interiori zona Cycli lunaris deſcriptorum, cumque Eccleſia Catholica hoc anno lunari utatur tanquam Iudaico, praxis Eccleſiæ probat hac anni forma etiam Iudæos uſos fuiſſe; ſed ut Neomeniæ reſpondeant motui lunari pro temporum diverſitate Cyclum lunarem æquare neceſſarium eſt, quæ æquationes tempore congruo forte a Synedrio, & ſummo Sacerdote indicebantur. Advertendum autem eſt Epactam Romanam XXV adhiberi primis undecim Cycli lunaris annis, aliis verò annis uſum habere epactam arabicam 25. quoties epacta vigeſima quinta eſt uſurpanda, itemque numerus 19. in Calendarii fine copulatus cum epacta XX. denotat quod aureo numero 19. concurrente cum epacta XIX. Neomenia incidit in ultimam Decembris diem.

PRO-

COROLLARIO

IN qualunque altro tempo compreſo dagl' anni de' ragguagli poſti nell' interna faſcia del Ciclo lunare ſi determina l'anno lunare colla medeſima pratica. E perche la Chieſa Cattolica adopra queſt' anno lunare come Giudaico la conſuetudine della Chieſa prova un tal' anno haver ſervito a' Giudei. Vero è, che in diverſi tempi richiede diverſi ragguagli, quali forſe ſaranno ſtati intimati del Sinedrio, e Sommo Sacerdote. In tanto conviene avvertire, che quando l'epatta venteſimaquinta concorre co' primi undici anni del Ciclo lunare ſi adopra l'epatta Romana XXV., e negl'altri anni viene in uſo l'epatta Araba 25. Parimenti il numero 19. che nel fine del Calendario va unito all'epatta XX. ſignifica, che quando l'aureo numero 19. concorre con l'epatta XIX. il meſe lunare comincia dal ultimo giorno di Decembre.

PRO-

PROPOSITIO IX.

Cyclum Lunarem ante correctionem æquare.

QUodvis ante correctionem tempus concipitur elapſum ſub forma anni Juliani, & regula æquationis pro annis Julianis præſcribit, ut novendecim epactæ aliquo anno centeſimo legitimè indicantes novilunia poſt trecentos quoſque annos ſepties mutentur in alias unitate majores, ac demum ſemel mutentur in alias unitate majores poſt annos quadringentos. Nam hoc pacto juxta motùs lunaris naturam ſæculis Inlianis 25. novilunia in Calendario promoventur octiduo; unde tam ante, quàm poſt unam periodum ſęculorum 25. licet aliàm inſtituere eadem lege. Exempli gratia ponatur æquatio B. congruere neomeniis anni 2500. ante Chriſtum, quęraturque ęquatio Cycli in periodo ſęculorum 25. ab anno propoſito uſque ad initium æræ Chriſtianæ. Poſt trecentos quoſque annos à tempore propoſito ſepties mutetur litera æquationis in ſequentem, ſic enim ſepties mutabuntur epactæ in alias uno die majores. Demum poſt annos quadringentos ſemel mutetur litera æquationis ſeptimæ in ſequentem, & neomeniæ promovebuntur octiduo ſæculis Julianis 25. juxtà naturam motus lunaris. Ergo anni, & li-

PROPOSIZIONE IX.

Ragguagliare il Ciclo lunare inanzi la correzzione.

TUtto il tempo anteriore alla correzzione ſi concepiſce paſſato in anni Giuliani, e la regola di ragguagliare il Ciclo per gl' anni Giuliani ordina di accreſcere d'un giorno per ſette volte dopo trecent' anni l'epatte conformi alla luna, e poſcia accreſcerle un' altra volta dì un giorno dopo quattrocent' anni, che così le nuoveLune ſi mandano ſul Calendario otto giorni inanzi nel decorſo di 25. ſecoli Giuliaai, come ricerca la natura del moto lunare; onde da un periodo di 25. ſecoli ſi paſſa in un'altro inanzi, o dopo come è in piacere. Per ciò poſta la lettera B. per ragguaglio confacente all'anno 2500. inanzi Criſto ſe ſi voleſſe ragguagliare il Ciclo in un periodo di 25. ſecoli, che precedono l'Era Criſtiana converrebbe ogni trecent'anni dopo il tempo propoſto cangiare per ſette volte la lettera del ragguaglio nella ſeguente per cangiare ſette volte l'epatte correnti in altre maggiori di un giorno, e finalmente cangiare un'altra volta dopo anni quattrocento l'ultima lettera del ragguaglio nella ſeguente, che in tal guiſa nel decorſo di 25. ſecoli Giuliani i novilunj ſi manderebbero ottogiorni inanzi conforme a gl'andamenti della Luna. Dunque gl' an-

& literæ æquationis erunt 2500. B, 2200. C, 1900. D, 1600. E, 1300. F, 1000. G, 700. H, 400. M, quæ ultima litera uſum habebit per annos quadringentos, atque initio ęrę Chriſtianæ quadrabit æquatio N. Patet autem ex natura motus lunaris quod ſi initio æræ Chriſtianæ convenit æquatio N, etiam anno 2500. ante ipſam congruit æquatio B, & ſi libeat æquationem ad tempus anterius extendere annis 2500. addantur 400. atque anno ante Chriſtum 2900. conveniet ęquatio A, tum ſepties addantur 300. ad complendam periodum ſæculorum 25. eruntque anni, & literæ æquationis 2900. A, 3200. u, 3500. t. 4800. s. 4100. r, 4400. q, 4700. p, 5000. n, qui annus cnm juxta vulgatam ſacrorum Bibliorum editionem anterior ſit creatione mundi æquatus erit Cyclus Lunaris ad quodvis tempus ante ęram Chriſtianam. Tandem cum primo anno Domini quadret N. æquando annos conſequentes reſultabunt 300. P, 600. a, 900. b. 1200. c, 1500. d. quarum P. quidem aſſumpta fuit anno 325. at ſequentibus centeſimis prætermiſſæ fuerunt a, b, c, d, atque idcirco poſtremis annis ſæculi ſextidecimi conjunctiones quatriduo prævertebant dies Neomeniarum a veteri Calendario exhibitarum.

anni, e le lettere de' cercati ragguagli ſarebbero 2500. B, 2200. C, 1900. D, 1600. E, 1300. F. 1000. G, 700. H, 400. M, quale ritenuta per quattrocent'anni darebbe la lettera N per cominciare un' altro ragguaglio dal principio dell' era comune. Or' è notorio, che ſe al principio dell'era Criſtiana conviene il ragguaglio N ancora all'anno 2500. inanzi Criſto ſtante il già detto conviene il ragguaglio B., e volendo ragguagliare un'altro periodo inanzi al tempo propoſto coll'aggiugnere 400. anni a i dati 2500. B, ſi haverà l'anno 2900. A, ed aggiunti ſette volte trecento; gl' anni, ed i ragguagli ſaranno 2900. A, 3200. u, 3500. t, 3800. s, 4100. r, 4400. q, 4700. p, 5000. n, tempo anteriore alla creazione del mondo ſecondo la volgata edizione de' Sacri libri, onde rimane ragguagliato il Ciclo per qualunque tempo inanzi Criſto. Finalmente al prim'anno del Signore quadrando N. fatto il ragguaglio degl' anni ſeguenti riſulteranno 300. P, 600. a, 900. b, 1200. c, 1500. d, eſſendo ſtata adoprata P. del 325. e tralaſciate ne' ſeguenti centeſimi le altre quattro a, b, c, d, onde le congiunzioni al fine del decimoſeſto ſecolo venivano quattro giorni inanzi alle lune novelle del Calendario antico.

Digitized by Google

PROPOSITIO X.

Cyclum Lunarem poſt correctionem æquare.

CYclus Lunaris poſt correctionem æquatur obſervando praxim præcedentem, atque inſuper retinendo eaſdem epactas ab uno centeſimo ad alium quando centeſimus communis coincidit cum aliqua ex octo æquationibus explicatis; at quando centeſimus communis cum illis non coincidit aſſumendo epactas unitate minores, quia quot dies eximuntur à ſæculis Iulianis 25., totidem diebus in Calendario poſticipant neomeniæ per primam regulam ęquatę. Periodus ſæculorum 25. qua Eccleſia utitur incipit ab anno ipſo correctionis cum æquatione D. quę prolepticè aſſumpta ſupponitur anno 1500. eademque periodus inchoat a quaternario annorum centeſimorum, ad quem conſequuntur ſeptem ternarii, unde liberum non eſt æquationum periodum a quocumque centeſimo exordiri. Confuſionis, atque erroris periculum tollitur ſcribendo annum correctionis, & conſequentes centeſimos, qui periodum Gregorianam conſtituunt, illoſque interjecta lineola diſtinguendo in unum quaternarium & ſeptem ternarios: tum ultimo anno quaternarii, & cujusvis ternarii apponendo ſignum

PROPOSIZIONE X.

Ragguagliare il Ciclo Lunare dopo la correzzione.

DOpo la correzzione ſi ragguaglia il Ciclo Lunare oſſervando la pratica precedente, ed in oltre ritenendo le medeſime Epatte quando qualche centeſimo comune concorre con qualunque delli otto ragguagli ſpiegati; ma quando con eſſi non concorre prendendo l'epatte minori di un giorno, perche quanti giorni ſi tolgono da 25. ſecoli Giuliani di tanti giorni ſul Calendario poſticipano le lune novelle ragguagliate per la regola precedente. Il Periodo uſato dalla Chieſa comincia dall'anno della correzzione col ragguaglio D. che ſi conſidera come adoprato fin dal 1500. ed il primo ragguaglio lunare ſi fa dopo un quaternario di centeſimi, cioè nel 1800. a cui vengono dietro ſette ternarij di centeſimi, onde non è più arbitrario il dar principio a' ragguagli da qualſivoglia centeſimo. Togliesi il pericolo di confonderſi, e sbagliare ſcrivendo l'anno della correzzione come principio del periodo, e dietro ad eſſo i primi tre centeſimi ſotto a quali tirata una riga vanno ſcritti ſette ternarij di centeſimi, onde reſta diviſo il periodo in un quaternario, ed in ſette ternarij: di poi notando una cro-

gnum ✝ quod indicabit æquationes faciendas ſi anni eſſent Iuliani: demum cuique centeſimo communi adnotando ſignum —, quod indicabit quando centeſimus communis coincidat, & quando non coincidat cum octo æquationibus Lunæ debitis in periodo ſæculorum 25. Poſt unam periodum inchoatur alia eadem lege procedente in infinitum.

Cum igitur anno correctionis Eccleſia adhibuerit æquationem D. ſcribantur unus infra alium anni 1582. 1600 1700. 1800. & ducta infra ipſos linea apponatur ſignum ✝ anno 1800., qui terminat quaternarium notando ſignum — e regione centeſimorum communium 1700. & 1800.; unde conſtabit litteram D copulatam cum anno 1582. retinendam eſſe uſque ad annum 1700. quo mutatur in C ad epactas unitate minuendas, & nullam fieri Æquationem, ſed retineri literam C anno 1800. ob coincidentiam centeſimi communis cum prima æquatione lunari. Rurſus infra hunc quaternarium ſcriptis ſeptem ternariis conſequentium centeſimorum, ductaque linea infra quemlibet ternarium opponatur ultimo cujuſvis ternarii centeſimo ſignum ✝, at ſignum — conjugatur cum quovis centeſimo communi, qui facilè dignoſcitur quia illum quaternarius non metitur; atque his peractis nullo negotio inveniun-

cr oce ✝ all' ultim' anno del quaternario, e di ciaſcun ternario ſi ſapranno i luoghi de' ragguagli ſe gli anni foſſero Giuliani: finalmente notando queſt'altro ſegno — dirimpetto a ciaſcun centeſimo comune ſi vedrà quando l'anno centeſimo comune concorra, e quando nò con gl'otto ragguagli dovuti alla Luna in un periodo di ſecoli 25., e dopo un periodo ſene comincia un' altro colla medeſima legge, che va all' infinito.

Dunque per eſſerſi dalla Chieſa adoprato il ragguaglio D. nell' anno della correzzione ſcritti uno ſotto l'altro gl'anni 1582. 1600. 1700. 1800., e tirata una riga ſotto di eſſi pongaſi il ſegno ✝ ai fianchi del 1800. che termina il quaternario notando l'altro ſegno — di rimpetto ai centeſimi comuni 1700., e 1800., e ſi farà manifeſto, che la lettera D. accoppiata coll' anno 1582. va ritenuta fino al 1700. nel quale cambiaſi in C. acciò ſcemino l'epatte di un giorno col ritenerſi ancora nel 1800. per la concorrenza d'un centeſimo comune indicato dal ſegno — col primo ragguaglio lunare indicato dal ſegno ✝: di nuovo ſotto a queſto quaternario ſcritti ſette ternarj di anni centeſimi, e tirata ſotto a ciaſcun ternario una riga pongaſi all'ultim' anno di ciaſcun ternario il ſegno ✝, ed il ſegno — ſi accoppi con ciaſcun centeſimo comune facile a conoſcer-

literæ ſingulis centeſimis adſcribendæ . Nam centeſimis affectis ſolo ſigno — litera æquationis in præcedentem mutanda eſt , ut minuantur epactæ uno die : centeſimis affectis ſolo ſigno † litera æquationis mutanda eſt in ſequentem, ut epactæ augeantur uno die: centeſimis nullo , vel utroque ſigno — , & † affectis eadem æquationis litera retinetur . Unde anni , & literæ æquationis ſequenti ordine diſponentur .

1582.	D
1600.	D
— 1700.	C
— 1800. †	C
— 1900.	B
2000.	B
— 2100. †	B
— 2200.	A
— 2300.	u
2400. †	A
— 2500.	u
— 2600.	t
— 2700. †	t

Hac periodo evoluta invenietur alia incipiens ab anno 4000. & conſtans 25. annis centeſimis , qui debent dividi in unum quaterna-

ſcerſi dal non ammettere la diviſione per 4. ſenza avanzo, il che fatto non vi ſarà più difficoltà di trovare le lettere dovute a ciaſcun centeſimo . Poiche ne' centeſimi notati col ſolo ſegno— la lettera del ragguaglio va cangiata nella ſua precedente , acciò ſcemino l'epatte d'un giorno : ne' centeſimi notati col ſolo ſegno † la lettera cangiaſi nella ſeguente, acciò creſchino l'epatte d'un giorno : ne' centeſimi eſenti da qualunque ſegno , e notati con ambedue va ritenuta la ſteſſa lettera , perche ſi ritengono le medeſime epatte ; onde gl' anni e le lettere del ragguaglio ſaranno diſpoſte come ſegue .

2800.	t
— 2900.	s
— 3000. †	s
— 3100.	r
3200.	r
— 3300. †	r
— 3400.	q
— 3500.	p
3600. †	q
— 3700.	p
— 3800.	n
— 3900. †	n

Paſſato queſto periodo ne comincia un'altro dal 4000. che parimenti abbraccia 25. centeſimi da ſcompartire in un quaternario, ed in ſette ternarij fiancheggiati da' loro

narium, & ſeptem ternarios ſuis ſignis aſſiciendos. Ergo patet modus, quo Cyclus lunaris poſt correctionem æquatur.

COROLLARIVM.

Æquationes inventæ conveniunt cum deſcriptis in conſtructione omiſſis centeſimis, quibus eadem litera retinetur, & quia poſt unam periodum eadem praxi invenitur alia ſæculorum 25. patet ratio continuandi æquationes in conſtructione exhibitas. Tabella æquationum lunarium, quæ Compendio novæ rationis reſtituendi Calendarium inſeritur differt ab iſtis æquationibus tam in Epocha, quæ arbitraria eſt, quàm in æquatione pro anno correctionis, quod non ex oſcitantia, atque errore, ſed maturo conſilio factum eſſe dicitur in Canone ſecundo Calendarij Gregoriani.

PROPOSITIO XI.

Paſchatis diem, & feſta mobilia determinare.

CUM ex divino præſcripto Paſcha Judaicum celebrandum foret quartadecima menſis Niſan, Catholica Eccleſia in memoriam Dominicæ Reſurrectionis Chriſtianum Paſcha celebrat prima dominica ad menſis Niſan

quar-

loro ſegni; onde rimane ſpiegata la maniera di ragguagliare il Ciclo unare dopo la correzione.

COROLLARIO.

I Ragguagli trovati confrontano co' regiſtrati nella Coſtruzzione ſaltati i centeſimi, che ritengono la medeſima lettera, e per continuare i ragguagli della coſtruzzione baſta dopo un periodo di 25. ſecoli cominciarne un'altro conforme al già detto. La Tavola inſerita nel Compendio della nuova maniera di rimettere il Calendario differiſce dalli quì poſti ragguagli nell'Epoca di ſua natura arbitraria, e nel ragguaglio dell'anno della correzzione poſteriore di un giorno non per balordaggine, o ignoranza, ma come ſi dice nel 2. Canone del Calendario Gregoriano per maturo conſiglio così voluto.

PROPOSIZIONE XI.

Trovare la Paſqua, e feſte mobili.

DOvendo i Giudeî per comandamento divino celebrare ogn'anno la Paſqua nel decimoquarto giorno del meſe Niſan, la Chieſa Cattolica in memoria della Reſurrezzione del Signore ſolennizza la Paſqua Criſtiana nella prima domenica ſeguente alla deci-

ma-

Digitized by Google

quartamdecimam conſequente. Sed ex propoſitione V. datur quotannis litera Dominicalis, atque ex propoſitione VII. biniſque præcedentibus datur quotannis epacta currens, quæ infra ſeptimam Martij, & ſupra ſextam Aprilis diem in Calendario quæſita oſtendit Neomeniam Niſan, eique additis diebus 13. habetur quartadecima Niſan, infra quam prima litera Dominicalis occurrens diem quæſitam manifeſtat. Ergo licet quotannis Chriſtianum Paſcha determinare. Quæratur u. g. Paſchalis diei ſolemnitas pro anno 1745. Per propoſitionem VII. propoſiti anni epacta eſt XXVI. quæ infra 7. Martii, & ſupra 6. Aprilis in Calendario quæſita exhibet Neomeniam Niſan 4. Aprilis, atque additis 13. diebus reſultat Paſcha Judaicum, vel quartadecima Niſan 17. Aprilis: ſed etiam per propoſitionem V. propoſiti anni litera Dominicalis eſt (c), quæ poſt quartamdecimam inventam primò occurrit affixa diei 18. Aprilis. Ergo hæc eſt Dominica Chriſtiano Paſchati deputata.

Invento Paſchatis die etiam reliqua feſta mobilia innoteſcunt, quia numeratis in Calendario ſenis Dominicis ante Paſcha occurrit prima Dominica Quadrageſimę, quam ordinate præcedunt Cineres, Quinquageſima, Sexageſima, & Septuageſima. In feriam ſecundam ſub-

maquarta di Niſan. Ma per la V. propoſizione ſi sà ogn'anno la lettera Domenicale, e per le propoſizioni VII. IX. X., ſi sà ancora l'epatta d'ogn'anno, che cercata ſul Calendario dopo li 7. Marzo, ed inanzi a' 6. d'Aprile ſcuopre la Neomenia di Niſan, a'cui aggiunti giorni 13. ſi ottiene la decimaquarta di Niſan, e la prima Domenica ſeguente manifeſta il giorno cercato. Dunque ecco ſpiegata la maniera di trovare ogn'anno la Paſqua. Per eſempio ſia da trovare la Paſqua del 1745. Per la 7. propoſizione correrà l'epatta XXVI., che cercata ſul Calendario darà il novilunio di Niſan a'4. Aprile, ed il decimoquarto giorno a'17. Aprile, ma ancora per la 5. propoſizione la domenicale ſarà (c), che dopo i 17. Aprile s'incontra per la prima volta a'18. detto. Ecco dunque la Domenica appartenente alla noſtra Paſqua.

Trovata la Paſqua ſi conoſcono ancora l'altre feſte mobili, perche contando ſul Calendario ſei Domeniche inanzi Paſqua s'incontra la prima Domenica di Quareſima ordinatamente preceduta dal Mercordì delle Ceneri, e dalle tre Domeniche di Quinquageſima, Seſſageſima, Settuageſima. Nel Lunedì ſeguente la quinta Domenica dopo Paſqua vengono le Rogazioni, e nel Giovedì l'Aſcenſione. La ſettima Domenica dopo Pa-

Digitized by Google

ſubſequentem ad quintam Dominicam poſt Paſcha incidunt Rogationes, Aſcenſio Domini in ejuſdem hebdomadæ feriam quintam. Septima poſt Paſcha Dominica pertinet ad Pentecoſtem, octava ad Trinitatem, feria quinta conſequens ad Corpus Domini. Quarta ante Nativitatem Dominica Adventum exorditur, unde ſupputatis Dominicis inter Pentecoſtem, atque Adventum reſultat numerus Dominicarum poſt Pentecoſtem. Ergo patet ratio Paſcha, & feſta mobilia determinandi.

PROPOSITIO XII.

Tabulam antiquam feſtorum mobilium conſtruere, atque ipſius uſum manifeſtare.

Separatis binis circulis, qui Cyclum lunarem conſtituunt, minoris dorſo quadratum inſcribatur, quo in denas columnas diviſo ſingularum columnarum frontibus tituli apponantur, nempe Epactæ, Literæ Dominicales, Septuageſima, Cineres, Paſcha, Aſcenſio, Pentecoſte, Corpus Domini, Dominicæ poſt Pentecoſtem, Adventus. Columnæ Epactarum inſcribantur Epactæ deſumptæ ex Calendario ab 8. Martij ad 5. Aprilis incluſivè, & columnæ literarum Dominicalium inſcribantur dominicales literæ, quas Calendarium ex-

Paſqua appartiene alla Pentecoſte, l'ottava alla Trinità, il Giovedì ſeguente al Corpo del Signore. La prima Domenica dell'Avvento è la quarta inanzi Natale, onde contando le Domeniche poſte tra la Pentecoſte, e l'Avvento ſi conoſce il numero delle Domeniche dopo Pentecoſte. Dunque è paleſe la maniera di trovare la Paſqua, e feſte mobili.

PROPOSIZIONE XII.

Formare la Tavola antica delle feſte mobili, e ſpiegare l'uſo della medeſima.

Separati i due cerchi del Ciclo Lunare ſul roveſcio del minore fate un quadrato, e dividetelo in dieci colonne da cima a fondo collocando ſopra ogni colonna i titoli ſeguenti, cioè Epatte, Lettere Domenicali, Settuageſima, Ceneri, Paſqua, Aſcenſione, Pentecoſte, Corpo del Signore, Domeniche dopo Pentecoſte, Avvento. Nella colonna dell' Epatte traſferite quelle, che ſul Calendario vanno da gli 8. Marzo a' 5. Aprile incluſi i termini, e nella colonna delle lettere domenicali traſcrivete le domenicali cominciando da' 22. Marzo, e terminando a'

exhibet à 22. Martij ad 25. Aprilis incluſivè ita, ut litera dominicalis prima (d) reſpondeat è regione epactæ XXII., & reliquæ reliquis. Deinde quoniam currente Epacta XXIII. cùm prima litera Dominicali (*d*) Calendarium oſtendit Paſcha 22. Martii ſcribatur hæc dies in columna Paſchatis è regione primæ literæ (*d*); & quoniam currente epacta XXIII. cum ſequentibus literis e. f. g. a. b. c. ex Calendario conſtat Paſcha incidere in dies Martii 23. 24 25. 26. 27. 28. collocentur dies iſti in columna Paſchatum è regione ſuarum literarum dominicalium. Rurſus quia coincidentibus epacta XXII., & dominicali (*e*), quæ primò occurrit infra epactam aſſumptam Calendarium Paſcha demonſtrat 23. Martii, ſed eadem epacta concurrente cum literis f. g. a. b. c. d. Paſcha pertinet ad dies Martii 24. 25. 26. 27. 28. 29., e regione ſecundæ literæ [*d*] notentur 29. Martii, & procedendo ulterius eadem methodo uſque ad finem columnæ epactarum, obtinebitur conformitas totius columnæ literarum dominicalium cum tota columna Paſchatum quavis epacta currente. Demum ex noto Paſchatis die per propoſitionem XI. inveniantur reliqua feſta mobilia, atque in columnas ſingulis deputatas transferantur è regione feſti paſchalis, eritque abſoluta conſtructio Tabu-

læ

a' 25. Aprile con tal diſpoſizione però, che la prima domenicale (d) della Tavola corriſponda in dirittura della ſeconda Epatta XII., e l'altre alle ſeguenti, onde le ultime ſette lettere domenicali ſcenderanno per ſette righe ſotto l'epatte. Dipoi perche correndo l'epatta XXIII. colla domenicale (*d*) il Calendario dà la Paſqua a' 22. Marzo, ſcrivete queſto giorno in dirittura della prima domenicale (*d*) dentro la colonna delle Paſque, e perche correndo la ſteſſa epatta colle ſeguenti lettere e, f, g, a, b, c, la Paſqua viene a 23. 24. 25. 26. 27. 28. Marzo collocate queſti giorni per ordine ſotto al 22. Di nuovo perche combinandoſi l'epatta XXII. colla domenicale [*e*] la Paſqua viene a' 23. Marzo, ma accoppiandoſi la medeſima epatta colle Domenicali f, g, a, b, c, d, il Calendario da la Paſqua a' 24. 25. 26. 27. 28. 29. Marzo, che già ſi ſcriſſero a riſerva dell'ultimo, perciò ſcrivete nella colonna delle Paſque il 29. in dirittura della ſeconda lettera d, e così tirando inanzi fino alla fine della prima colonna ſi conſeguirà una perfetta conformità della ſeconda colonna colla quinta. Finalmente dal noto giorno di Paſqua per l'undecima propoſizione ſi troveranno le altre feſte mobili, che regiſtrate in dirittura delle loro Paſque compiranno la Tavola

an-

læ antiquæ. Ipſius uſus conſtat ex eo, quod ſi in prima Tabulæ columna inveniatur epacta, atque in ſecunda columna capiatur illa litera dominicalis currens, quæ infra epactam prima eſt, e regione ejuſdem literæ omnia feſtà mobilia abſque computo deteguntur. Septuageſimæ tamen, & Cineribus oportet unum diem addere quando annis biſſextilibus ante Martium occurrunt. Sic currente epa. cta XXI., & litera dominicali (*a*) feſta mobilia ſunt è regione literæ (*a*) quæ prima eſt infra epactam XXI., nempe Septuageſima 22. Ianuarii, Cineres 8. Februarii, Paſcha 26. Martii, & cętera in eadem linea. Sed currente epacta V. cum literis dominicalibus [*ag*] Paſcha quidem, & reliqua poſt ipſum feſta ſunt è regione literæ [*g*], quæ prima eſt infra epactam V., nempe 15. Aprilis, at Septuageſima, & Cineres incident in 12., & 29. Februarii ob biſſextum.

antica. L'uſo di eſſa conſiſte nel manifeſtare le feſte mobili ſenza computo purche ſi ſappia l'epatta, e la lettera domenicale corrente. Poiche trovata nella prima colonna l'epatta, e preſa nella ſeconda colonna quella lettera domenicale corrente, che è la prima ad incontrarſi ſotto l'epatta, cioè in luogo più baſſo dell'epatta, in dirittura di tal lettera ſempre ſi hanno le feſte mobili. Alla Settuageſima però, ed alle Ceneri conviene aggiugnere un giorno quando ne' biſſeſtili vengono inanzi Marzo. Così eſſendo l'epatta XXI., e la domenicale (*a*) le feſte mobili ſono in dirittura di quella (*a*), che è la prima ad incontrarſi dopo l'epatta, cioè la Settuageſima a'22. Gennaro, le Ceneri agli 8. Febraro, la Paſqua a'26. Marzo. Ma correndo l'epatta V. colle domenicali [*ag*] la Paſqua, e feſte ſeguenti ſono bensì in dirittura della [*g*], che è la prima ad incontrarſi dopo l'epatta, cioè Paſqua a' 15. Aprile, ma la Settuageſima, e le Ceneri vengono un giorno dopo gli 11. e 28. Febraro per cagione del biſſeſto.

Digitized by Google

PROPOSITIO XIII.

Conſtructionem, & uſum Tabulæ novæ explicare.

MAjoris circuli dorſo inſcribatur quadratum, eoque in binas columnas diviſo columnarum altera ſecetur octifariam, ac normalibus lineis columnæ ſingulæ in cellas octonas diſtinguantur. Octo gracilioribus columnis inſcribantur tituli feſtorum mobilium, qui cellas primas replebunt, unicuique autem reliquarum ſeptem cellularum una litera Dominicalis aſſignetur, nempe D ſecundæ, E tertiæ, F quartæ, G quintæ, A ſextæ, B ſeptimæ, C octavæ ſcriptis eiſdem literis lateraliter extra Tabulam. Cum enim Paſcha neque citiùs 22. Martii, neque tardiùs 25. Aprilis poſſit accidere, numerus dierum Paſchalium eſt 35. qui per 7. diviſionem admittit ſine reſiduo proveniente numero 5. unde quinque ſunt epactarum lineæ quibuſcum unaquęque litera poteſt combinari. Sed ex Calendario conſtat quod Paſchate incidente in 22. Martii Dominicalis D poteſt combinari cum unica èpacta XXIII. incidente in 23. Martii Dominicalis E poteſt combinari cum binis epactis XXIII. XXII., incidente in 24. Martii F poteſt combinari cum ternis XXIII. XXII. XXI. Ergo ſcribendo in cellula lite-

PROPOSIZIONE XIII.

Spiegare la formazione, ed uſo della Tavola nuova.

NEL roveſcio del maggior cerchio fatto un quadrato, e diviſolo in due colonne, tornate a dividere una di eſſe in otto colonnette, ogn' una delle quali con righe per traverſo dovete ſcompartire in otto celle. Scritti nelle prime celle delle otto colonnette i titoli delle feſte mobili aſſegnate a ciaſcuna cella della maggior colonna una lettera domenicale ſcrivendo fuori della tavola a lato della ſeconda cella D, della terza E, della quarta F, della quinta G, della ſeſta A, della ſettima B, dell'ultima C, e perche la Paſqua non può venire prima de' 22. Marzo, ne dopo li 25. Aprile i giorni, che abbraccia ſono 35., che diviſi per 7. danno 5. di avvenimento, onde ſono cinque ordini d'epatte coi quali combina ogni lettera Domenicale. Ma il Calendario moſtra, che venendo Paſqua a' 22. Marzo la Domenicale D combina colla ſola epatta XXIII. venendo a' 23. Marzo E combina colle due epatte XXIII. XXII. venendo a' 24. Marzo F combina colle tre XXIII. XXII. XXI. Dunque ſcrivendo nella prima riga della cella D, l'epatta XXIII. ed in dirittura di eſſa nella colonna delle Paſque li 22. Mar-

teræ D epactam XXIII. atque è regione in columna Paſchatum 22. Martii in cellula verò literæ E epactas XXIII. XXII. in directum, atque è regione ipſarum in columna Paſchatum 23. Martii, demum in cellula literæ F epactas XXIII. XXII. XXI. in directum, atque è regione ipſarum 24. Martii in columna Paſchali: protracto calculo uſque ad literam C, invenietur poſſe combinari cum ſeptem epactis quando Paſcha incidit in 28. Martii, quo die ſcripto è regione epactarum ad primam lineam cellulæ C pertinentium, rurſus ex Calendario patet quod Paſchate cadente in 29. Martii D combinetur cum XXII. XXI. XX. XIX. XVIII. XVII. XVI. quibus in cellula literæ D in directum diſpoſitis, atque è regione ipſarum in columna Paſchatum ſcribendo 29. Martii, & producto ut prius computo uſque ad 25. Aprilis, continebit hæc Tabula omnia feſta paſchalia è regione illarum epactarum, & literarum Dominicalium, quibuſcum poteſt combiuari. Atqui per propoſitionem undecimam ex cognito die Paſchatis etiam reliqua feſta mobilia innoteſcunt. Ergo his deſcriptis è regione uniuſcujuſque Paſchatis Tabulæ conſtructio abſolvetur. Ejuſdem porrò uſum liquet conſiſtere in exhibendis feſtis mobilibus ſine computo. Quia ſi in cella literæ dominicalis currentis in-

22. Marzo, nella prima riga della cella E le due epatte XXIII. XXII. ed indirittura li 23. Marzo, nella prima riga della cella F le tre epatte XXIII. XXII. XXI., ed in dirittura li 24. Marzo, col tirare inanzi il calcolo incominciato ſi troverà, che venendo la Paſqua a' 28. Marzo la domenicale C combina con ſette epatte, quali ſcritte nella prima riga della cella C, ed indirittura li 28. Marzo, di nuovo il Calendario moſtra, che cadendo la Paſqua a' 29. Marzo D combina con XXII. XXI. XX. XIX. XVIII. XVII. XVI. quali ſcritte nella ſeconda riga della cella D, ed in dirittura li 29. Marzo, proſeguendo come dianzi fino a' 25. Aprile, la Tavola conterrà tutte le Paſque corriſpondenti alle lettere domenicali, ed epatte, con cui combinano. Ma per l'undecima propoſizione ſaputa la Paſqua ſi ſa il rimanente delle feſte mobili. Dunque regiſtrandole a' luoghi loro rimarrà compita la ſtruttura di queſta Tavola. L'uſo di eſſa ſi vede conſiſtere nello ſcuoprire le feſte mobili ſenza computo. Perche trovata nella cella della lettera domenicale corrente l'epatta corrente, in dirittura di tale epatta ſcuopre tutte le feſte mobili. Alla Settuageſima però, ed alle Ceneri conviene aggiugnere un giorno quando negl'anni biſſeſtili vengono inanzi Marzo. Così perche la lettera domenicale del 1729. è

E 2 B l'epat-

inveniatur Epacta currens, e regione Epactæ omnia feſta mobilia deteguntur. Oportet tamen Septuageſimæ, & Cineribus diem adjicere quando annis biſſextilibus ante Martium celebrantur. Sic quia anno 1729. litera dominicalis eſt B, atque epacta * quærendo epactam * in cellula literæ B, e regione epactæ* apparent Septuageſima 13. Februarii. Cineres 2. Martii, Paſcha 17. Aprilis, & cætera. Sed quia anno 1732. literæ dominicales ſunt F E, atque epacta III. quærendo epactam III. in cellula literæ E apparent e regione epactæ III. feſta mobilia, ſed Septuageſima incidet in 10., dies Cinerum in 27. Februarii ob biſſextum.

B, l'epatta * nella caſa della lettera B trovata l'epatta * in dirittura di eſſa veggonſi la Settuageſima a' 13. Febraro, le Ceneri a' 2. Marzo, la Paſqua a' 17. Aprile, e così dell' altre. Ma perche la domenicale del 1732. ſarà, FE, l'epatta III. nella caſa della lettera E trovata l' epatta III. appariſcono dirimpetto ad eſſa le feſte mobili, benche la Settuageſima verrà a' 10. le Ceneri a' 27. di Febraro per cagione del biſſeſto.

COROLLARIUM.

SI cujusvis feſti mobilis dubium incidat circa diem, quo eſt celebrandum, triplici modo poteſt determinari ex Calendario, ex Tabula antiqua, atque ex Tabula nova, & omnes debent concordare in eadem die exhibenda.

COROLLARIO.

OCcorrendo dubbio intorno al tempo di qualche feſta mobile ſe ne potrà determinare il giorno in tre modi col Calendario, colla Tavola antica, e colla Tavola nuova, che devono andar d'accordo nell'eſibire un medeſimo giorno.

PRO-

PRO-

PROPOSITIO XIV.

Cycli Judaici rationem, atque uſum explicare.

SAncti Anatolius, Cyrillus Alexandrinus, & præſertim Epiphanius Alog. hær. 51. Cyclum commemorant annorum 84.,quem Iudaicum vocant, cujus etiam Victorius Aquitanus,ac Dionyſius Exiguus meminerunt. Eundem erutum ex faſtis conſularibus Anonymi ſub Imperatore Conſtantio conditis, qui aſſervantur in manuſcipto Ceſareæ Viennenſis Bibliothecæ Cardinalis Henricus Noris publici juris fecit; cumque operæ pretium videatur monumentum cognoſcere, quo nullum forte antiquius ſuppetit circa Iudaicam temporis menſuram, en Cyclum Iudaicum tribus laterculis comprehenſum.

PROPOSIZIONE XIV.

Spiegare il Cielo Giudaico, e ſuo uſo.

I Santi Anatolio, Cirillo Aleſſandrino, e particolarmente Epifanio fanno menzione di un Ciclo d'84 anni, che chiamano Giudaico rammentato altresì da Dioniſio il Piccolo, e da Vittorio Aquitano. Il Cardinale Enrico Noris l'ha fatto publico colle ſtampe cavandolo da' faſti conſolari dell'Anonimo compilati al tempo dell'Imperatore Coſtanzo, che ſi conſervano in un manoſcritto della Libreria Ceſarea di Vienna d'Auſtria. Sembrando, che torni conto l'havere qualche notizia di un monumento, del quale non v'e forſe il più antico circa la miſura giudaica del tempo, ecco il Ciclo Giudaico compreſo in tre quadrilunghi.

Digitized by Google

A	D	E
1	b	I
2	a	XII
3	g f	XXIII e
4	e	IV
5	d	XV
6	c	XXVI e
7	b a	VII
8	g	XVIII
9	f	XXIX e
10	e	X
11	d c	XXI e
12	b	II
†		
13	a	XIV
14	g	XXV e
15	fe	VI
16	d	XVII
17	c	XXVIII e
18	b	IX
19	a g	XX e
20	f	II
21	e	XI
22	d	XXIII e
23	cb	IV
24	a	XV
†		
25	g	XXVII e
26	f	VIII
27	ed	XIX
28	c	* e

A	D	E
29	b	XI
30	a	XXII e
31	gf	III
32	e	XIV
33	d	XXV e
34	c	VI
35	ba	XXII
36	g	XXVIII e
†		
37	f	X
38	e	XXI e
39	dc	II
40	b	XIII
41	a	XXIV e
42	g	V
43	fe	XVI
44	d	XXVII e
45	c	VIII
46	b	XIX
47	ag	* e
48	f	XI
†		
49	e	XXIII e
50	d	IV
51	cb	XV
52	a	XXVI e
53	g	VII
54	f	XVIII
55	ed	XXIX e
56	c	X

A	D	E
57	b	XXI e
58	a	II
59	gf	XIII
60	e	XXIV e
†		
61	d	VI
62	c	XVII
63	ba	XXVIII e
64	g	IX
65	f	XX e
66	e	I
67	dc	XII
68	b	XXIII e
69	a	IV
70	g	XV
71	fe	XXVI e
72	d	VII
†		
73	c	XIX
74	b	* e
75	ag	XI
76	f	XXII e
77	e	III
78	d	XIV e
79	cb	XXV e
80	a	VI
81	g	XVII
82	f	XXVIII e
83	e d	IX
84	c	XX e

Later-

Digitized by Google

Laterculus quivis dividitur in columnas ternas A. D. E.

Columna A continet annos Cycli Iudaici, cujus annus 40. concurrit cum anno 1. Chriſti.

Columna D continet literas Dominicales annorum Iulianorum.

Columna E continet Epactas cujusvis anni, & litera (e) denotat annos lunares emboliſmos.

Ab epacta I gignuntur reliquæ continua additione XI. rejectis XXX. quoties reſultat epacta major menſe lunari pleno; ſed poſt duodecim quoſque annos additur XII. non XI. epactæ præcedenti, excepto anno ultimo, ut patet conferendo epactam anni præcedentis ſignum ☨ cum epacta anni ſubſequentis.

Ogn'uno d'eſſi è diviſo in tre colonne A. D E.

La colonna A contiene gl'anni del Ciclo Giudaico, e l'anno 40 di eſſo concorre coll'anno 1. di Criſto.

La Colonna D appartiene alle lettere domenicali degl' anni Giugliani, ed i biſſeſtili ſi conoſcono dall'accoppiamento di due lettete in un ſol'anno.

La colonna E reſta occupata dall'epatte proprie di ciaſcun'anno, denotandoſi dalla lettera(e) gl' anni lunari emboliſmi. Dalla prima epatta I naſcono l'altre colla continua giunta di XI. da un'anno all'altro, toltine gl'anni duodecimi, dopo i quali ſi aggiugne il XII. come conſta paragonando l'epatta dell' anno precedente coll'epatta dell' anno ſeguente il ſegno ☨.

Cum annum ſolarem exordiatur a ſabbato, ac duodecim annorum hebdomadas comprehendat originem ſuam abundè innuit, cumque anni 84. complectantur unam octaeteridem, & quaternas enneadecaeteridas, quibus una periodus Calippica conſtituitur, Cyclus Iudaicus binas illuſtriores Græcorum periodos continet. Epactæ quadrant tertio ſæculo æræ Chriſtianæ, videturque exoleviſſe ob ingnoratam methodum æquandi lunæ Cyclum.

Datis Chriſti annis addendo 39. & dividendo ſummam per 84. ſi quæratur numerus reſiduus in hoc Cyclo exhibet literam Dominicalem, atque ætatem Lunæ in calendis Martii, quibus inventis facilis eſt determinatio Paſchatis Iudaici, & Chriſtiani. Exempli gratia quæratur dies Paſchatis anno Chriſti 354. Datis annis addo 39. & diviſa ſumma 393 per 84. numerus reſiduus eſt 57. cui in Cyclo Iudaico reſpondet litera dominicalis (b), atque epacta XXI. quam Lunæ imputando in calendis Martii habetur Neomenia Niſan die 11. Martii, quartadecima Niſan 24. Martii, & Chriſtianum Paſcha 27. Martii. Quia cyclus copulatur cum anno Solari Iuliano, unius Cycli evolutione coniunctiones cæleſtes ſeriùs contingunt die 1. atque horis ferme 7. nam 84. anni Iuliani conſtant diebus 30681. & Cy-

Cominciando l'anno ſolare dal Sabbato, e contenendo dodici ſettimane di anni egli da un chiaro indizio della ſua origine. In oltre perche l' 84. contiene una volta 8., e quattro volte 19. il Ciclo Giudaico abbraccia un' ottaeteride con quattro enneadecaeteridi, che fanno un periodo Calippico unendo inſieme i due più rinomati Cicli della Grecia. L'epatte convengono al terzo ſecolo dell'era Criſtiana, e ſembra ito in diſuſo per imperizia di ragguagliarlo. Aggiugnendo 39. agl'anni di Criſto, e dividendo la ſomma per 84. l'avanzo cercato in queſto Ciclo da la lettera Dominicale, e l'epatta di Gennaro, o di Marzo, quali trovate agevolmente ſi determina la Paſqua Giudaica, e Criſtiana. Come cercando la Paſqua per l'anno di Criſto 354. fatta la giunta di 39., e diviſa la ſomma 393. per 84. l'avanzo 57. cercato nel Ciclo Giudaico manifeſta la lettera Domenicale (*b*), e l'epatta XXI. qual numero di giorni imputando alla Luna ſul principio di Marzo, e compiendo una lunazione piena ſi ha la Neomenia di Niſan agli 11. Marzo, la decimaquarta di Niſan a'24. e la Paſqua Criſtiana a' 27. detto. Inquanto il Ciclo ſi accoppia coll' anno Giuliano le congiunzioni ſono obligate a venire un giorno, e quaſi ſett'ore più tardi ogni 84. anni Giuliani, che ſommano giorni 30681.

Cyclus continet annos emboliſmos 31. lunationum 13. communes 53. lunationum 12. adeoque lunationes 1039. Sed hæc lunationum mediarum ſumma depoſcit dies 30682., & ſeptem ferme horas. Ergo tractu temporis a motibus lunaribus aberrabit Cyclus, niſi æquatione debita reſtituatur.

Flavius Ioſephus refert Patriarchis Hebræorum vitam a Deo productam ultra annos 600., ut certam temporum rationem poſteris conſtituerent quia 600. annis magnus annus conſtat (l. 1. antiquit. c. 4.) Advertit autem Jo. Dominicus Caſſini a lunationibus 7421. dierum 29. horarum 12. minutorum 44. ſecundorum 3. dies comprehendi 219146. 5 qui, per 600. diviſi annum ſolarem exhibent dierum 365. horarum 5. minutorum 51. ſecundorum 36, unde intulit Patriarcharum ſolarem annum non Iulii Cęſaris modo, verum etiam Hipparchi, & Ptolomęi anno ſolari eſſe anteferendum. Sed Cyclus Iudaicus complectitur lunationes 1039. & ſeptem Cycli Iudaici lunationes 7273. ſeptima verò pars Cycli Iudaici conſtat lunationibus 148. quæ additæ ſeptem Cyclis Iudaicis conficiunt ſummam lunationum 7421. & ponendo annos lunares 302. communes ordinatos dierum 354. ac 77. comunes abundantes dierum 355.: emboliſmos item ordinatos 182. dierum 384. & 39.

30681. la dove il Ciclo contiene 31. anni emboliſmi di 13, anni comuni 53, di 12. lunazioni, che ſommano lunazioni 1039. Ma queſta ſomma di lunazioni medie ricerca giorni 30682. e quaſi ſett'ore. Dunque il Ciclo ſenza il dovuto ragguaglio diſcorderà in progreſſo di tempo dalla Luna.

Flavio Giuſeppe al libro dell' antichità giudaiche capo 4. riferiſce eſſerſi da Dio allungata la vita degl'antichi Patriarchi oltre 600. anni acciò con lunghe oſſervazioni ci tramandaſſero un migliore regolamento del tempo, perche l'anno grande contiene 600. anni. Gian Domenico Caſſini eſaminando queſto paſſo ha trovato, che 7421. lunazioni di 29. giorni, 12. ore, 44. minuti, e 3. ſeconde comprendono giorni 219146. 5, quali diviſi per 600. danno un'anno ſolare di 365. giorni, 5. ore, 51. minuti, e 36. ſeconde non ſolamente più preciſo dell'anno Giuliano, ma più accurato dell'anno d'Iparco, e Tolomeo. Ora comprendendo un Ciclo Giudaico lunazioni 7273. ed una ſettima del Ciclo lunazioni 148., che aggiunte alla ſomma primiera 7273. eſibiſcono lunazioni 7421. Parimenti ponendo 302. anni lunari comuni ordinati, e 77. comuni colmi coll' aggiugnervi 182. anni lunari emboliſmi ordinati e 39. emboliſmi colmi, riſultano 379. anni lunari civili comuni, e

F 221.

39. abundantes dierum 385. reſultant anni comunes 379 emboliſmi 221. juxta naturam Cyclorum Iudaicorum 7. cum ſeptima unius Cycli parte, atque omnium ſumma eſt annorum 600. menſium 7421. dierum 219146. Ergo veriſimile eſt rebus Iudaicis florentibus hunc Cyclum a Iudæis adhibitum ita ut ipſius æquandi poteſtas in ſeptimis partibus, ſeu duodecimo quoque anno apud ſummum Sacerdotem, & Synedrium reſideret, id quod innuere videtur epactarum æquatio, quæ hujus Cycli partibus ſeptimis alligatur. Ergo patet ratio, atque uſus Cycli Iudaici.

COROLLARIUM.

SI quando Hebræi Lunæ obſervationibus vacaſſe narrantur non Cycli Iudaici deſerendi, ſed æquandi, ac perficiendi gratia obſervationes inſtituiſſe dicendi ſunt. S. Cyrillus in prologo ad Canonem paſchalem emboliſmi authorem facit Moyſem per hæc verba „ Poſt annus emboliſmicus occur- „ rit, quem tredecim menſes lu- „ nares, id eſt 384. dies habere „ S. Moyſi divinitùs revelatum eſt Paralipomenon libro 1. capite 12. verſu 32. legitur „ De filiis quo- „ que Iſſacar viri eruditi, qui no- „ verant ſingula tempora ad præci- „ piendum quid facere deberet Iſrael

221. emboliſmi come ricerca il CicloGiudaico col prendere Cicli 7. ed un ſettimo ſommando in tutto meſi lunari civili 7421. giorni 219146. ed anni ſolari 600. Dunque ha del veriſimile, che nel fiorire la nazione Giudajca ſi valeſſe d'un tal Ciclo riſedendo appreſſo il Sommo Sacerdote, ed il Sinedrio la facoltà di ragguagliarlo nelle ſue ſettime parti, cioè ogni dodici anni, il che pare accenato da ragguagli dell' epatte, che nel Ciclo s'incontrano dopo dodici anni, onde rimane ſpiegato il Ciclo Giudaico, e ſuo uſo.

COROLLARIO.

NON per abbandonare, ma per ragguagliare meglio il loro Ciclo convien dire, che da' Giudei ſi faceſſero talora quelle oſſervazioni della Luna, che a' Giudei ſi attribuiſcono. S. Cirillo nel Prologo al ſuo Canone Paſquale dice „ Di poi ſegue l'anno emboli- „ ſmo, quale fù per divina rivela- „ zione manifeſtato a Mosè, che „ conteneva tredici lunazioni, „ cioè giorni 384. Nel lib. 1. cap. 12. de' Paralipomeni leggeſi „ Ancora „ de' figli d'Iſſacar huomini erudi- „ ti, che ſapevano in qual tempo „ andaſſero fatte dal popolo tutte „ le feſte comandate, dove S. Girola-

Iſrael „ ubi S. Hieronymus hæc ſubdit „ Ipſi enim erant doctores, „ computatores, & magiſtri, ſive „ ad feſtivitates celebrandas, ſive „ ad cætera. Ergo computi uſus Hebræis negari non poteſt, quin SS. Patrum, atque adeo Sacrorum Bibliorum authoritati vis inferatur. Nunc Hebræi utuntur Enneadecaeteride, quam Cyclum Hillelis vocant, ſed Abraham Zacut Iucaſin c. 8. refert hunc Cyclum à Iudeis adoptatum anno 670. æræ contractuum, qui reſpondet anno Chriſti 358.

lamo ſoggiugne, „ eſſi erano dottori, „ computiſti, e maeſtri per celebrare le feſte, ed altre coſe. Dunque il computo ſembra non poterſi negare a' Giudei, ſenza violentare l'autorità de' Padri, e delle Scritture Sacre. Preſentemente uſano gl'Ebrei il Ciclo dicianovennale, che chiamano d'Hillele, ma Abramo Zacut Iucaſin c. 8. riferiſce queſto Ciclo eſſere ſtato adottato dagl' Ebrei l'anno 670. dell' era de' contratti corriſpondente all'anno di Criſto 358.

PROPOSITIO XV.

Anni Judaici primum menſem manifeſtare.

SAcræ paginæ anni Judaici primum menſem à Terræ frugibus determinant. Sic Exodi 13. *Hodie egredimini menſe novarum frugum*, & 34. „ Septem diebus „ veſceris azymis ſicut præcepi ti- „ bi in tempore meſſis novorum, „ menſe enim verni temporis egreſ- „ ſus es ex Ægypto. Ubi meſſis conjungitur cum verno tempore, quia ineunte vere meſſis inſtat Ægypto, unde C. Plinius l. 18. c. 18. „ Pauci runcant, quod botaniſmon „ vocant, reliqua pars nonniſi cum „ falce arua viſit paulò ante Calen- „ das Aprilis, peragitur autem meſ- „ ſis menſe Majo ſtipula nunquam cu-

PROPOSIZIONE XV.

Manifeſtare il primo meſe dell'anno Giudaico.

LE Sacre carte determinano il primo meſe dell'anno Giudaico da' frutti della terra. Così nel 13. dell'Eſodo, „ oggi uſcite nel „ meſe de' nuovi frutti, e nel 34. „ Per ſette giorni ti ciberai di azi- „ mi, come ti comandai nel meſe „ de' nuovi frutti, poiche ſei uſcito „ dall'Egitto nel meſe di primave- ra. Quì congiugneſi la nuova raccolta colla Primavera, perche in Egitto aſſieme incominciano; onde C. Plinio l. 18. c. 18. „ Pochi mondano il grano, che chiamano bo- „ taniſmo, il rimanente non viſita „ le campagne ſenza falce poco „ inanzi le Calende d'Aprile, e ter- mi-

„ cubitali. Ab Ægypto verò non multum diſcrepare Judæam neceſſe eſt, cum Hieroſolyma minutis tantum 26. ſecundis 30. borealior ſit Alexandriâ, atque idcirco luna ſextadecima menſis primi fiebat oblatio manipuli primitiarũ Levitici 23.
„ Feretis manipulum ſpicarum
„ primitias meſſis veſtræ ad Sacer-
„ dotem, qui elevabit faſciculum
„ coram Domino, ut acceptabile
„ ſit pro vobis altero die Sabbati,
„ & ſanctificabit illum „ Patet itaque anni Iudaici menſem primum fuiſſe Lunam ineuntis veris, ſive ineuntis meſſis in Ægypto, ac Iudæa, atque idcirco Niſan dicebatur antiquis Iudæis Abib, id eſt menſis ſpicarum, eaque luna divino præcepto tenebantur feſta paſchalia celebrare.

Sed cum in Paleſtina veris cardo vertatur circa tranſitum Solis ex hemiſphærio auſtrali ad boreale, & neomenia plerumque contingat diverſis diebus ante, & poſt tranſitumSolis per æquatorem, quæſtio oriebatur non levis momenti apud Iudæos quæ nam Luna ad primum anni menſem pertineret, eamque Patres Ægyptii, Græcique ita reſolutam affirmant à probatiſſimis Iudæorum, ut illa cenſeretur primi menſis Luna, cujus quarta decima in æquinoctium vernum incurreret, aut ad æquinoctii diem primò conſequeretur. Euſebius l.7. hiſt. eccl.c.29. S.Anato-

„ mina la raccolta nel Maggio non
„ ſollevandoſi la paglia un mezzo braccio. Eſſendo Gieruſalemme ſolamente 26.ſecondie mezzo più ſettentrionale di Aleſſandria convien dire, che nella Giudea la raccolta vada poco tempo dopo l'Egitto, onde nel giorno decimoſeſto del primo meſe era ingiunta l'oblazione del manipolo, regiſtrata al capo 23. del Levitico „ Porterete un mani-
„ polo di ſpighe primizie della vo-
„ ſtra meſſe al Sacerdote, che nel-
„ la ſeconda feſta di Paſqua l'alzerà
„ inanzi al Signore, e lo ſantifiche-
„ rà, acciò rieſca gradito in pro voſtro. Dal che appariſce il primo meſe dell'anno Giudaico eſſere ſtato la prima luna di Primavera, o della nuova raccolta, che nell'Egitto, e Paleſtina cominciava colla Primavera, onde il meſe Niſan anticamente dicevaſi Abib, cioè meſe delle Spighe, ed in queſta Luna per comandamento divino erano obligati i Giudei di celebrare la Paſqua.

Or perche in Paleſtina la Primavera comincia col paſſaggio del Sole dall' emisfero auſtrale al boreale, e la Neomenia d'ordinario ſuccede diverſi giorni inanzi, e dopo il paſſaggio del Sole per l'equatore, naſceva un dubbio di non legger momento appreſſo gl'Ebrei conſiſtente nel determinare qual foſſe la Luna del primo meſe. I Padri Egizziani, e Greci affermano da'

più

-tolium ſic loquentem inducit,, Non
,, parum delinquere dicimus eos,
,, qui ante initium hoc novi anni
,, (ſcilicet vernum æquinoctium)
,, Paſcha putant eſſe celebrandum.
,, Neque à nobis primũ exordium
,, ſumit hæc ratio, ſed ab antiquis
,, Iudæis fuiſſe comprobata de-
,, monſtratur, atque ante Adven-
,, tum Chriſti obſervata, ſicut evi-
,, denter docent Philo, & Ioſe-
,, phus, hiſque antiquiores Aga-
,, thobulus, & ab eo eruditus Ari-
,, ſtobulus ex Paneade, qui unus
,, ex illis ſeptuaginta ſenioribus
,, fuit, qui miſſi ſunt à Principibus
,, ad Ptolomæum Regem Hebręo-
,, rum libros interprætandi gratiâ
,, in græcum ſermonem, qui mul-
,, ta ex moſaicis traditionibus pro-
,, ponenti Regi, percontantique
,, reſponderunt. Ipſi ergo cum quę
,, ſtiones in Exodum exponerent
,, dixerunt Paſcha non prius eſſe
,, immolandum, quàm ęquinoctium
,, vernale tranſiret. Philo Iudæus
patriâ Alexandrinus, qui impe-
rantibus, Cajo, & Claudio floruit
l.3. Vitę Moyſis hęc ſcribit,, Moſes
,, primum anni menſem facit eum,
,, qui in vernum æquinoctium in-
,, cidit... ejus menſis die quarta-
,, decima ſub ipſum tempus, quo
,, Luna ſuum orbem ſolet comple-
,, re lumine celebratur migrationis
,, publica fæſtivitas, quam chaldai-
,, cè Paſcha nominant. Ioſephus
Hebręus l.2. originum c.10.,, Menſe
Xan-

più accreditati appreſſo gl' Ebrei
eſſerſi riſoluto il dubbio coll' im-
putare al primo meſe quella Luna,
la cui quartadecima cadeva nell'
equinozzio, o era la prima ad in-
contrarſi dopo di eſſo. Euſebio
l.7. Hiſt. Eccl. c.29. introduce S. Ana-
tolio a parlar così,, Diciamo non
,, poco mancarſi da coloro, che
,, ſtimano doverſi far Paſqua inan-
,, zi l'equinozzio di primavera.
,, Ne tal coſtume comincia da noi,
,, ma ſi dimoſtra approvato dagl'
,, antichi Giudei, ed oſſervato in-
,, nanzi la venuta di Criſto, come
,, inſegnano evidentemente Filo-
,, ne, e Giuſeppe co' più vecchi di
,, eſſi Agatobulo, ed il ſuo diſce-
,, polo Ariſtobulo, che allega Pa-
,, neade, il quale fu uno de' ſettan-
,, ta inviati al Re Tolomeo per tra-
,, durre la Bibia in greco, e ſoddi-
,, sfare alle molte curioſità del Rè
,, intorno alle tradizioni moſaiche.
,, Eſſi dunque riſolvendo le que-
,, ſtioni ſopra l'Eſodo diſſero non
,, doverſi far Paſqua inanzi l'equi-
,, nozzio di Primavera. Filone
Giudeo Aleſſandrino, che fiorì al
tempo degl' Imperatori Cajo, e
Claudio al lib.3. della vita di Mosè
parla così,, Mosè fece primo meſe
,, dell'anno quello, che cade nell'
,, equinozzio verno. Nel giorno
,, quartodecimo di eſſo ſtando la
,, Luna per riempierſi totalmente
,, di luce celebraſi la publica feſta
,, della partenza caldaicamente
chia-

„ Xantico(inquit)qui nobis dicitur
„ Niſan, atque anni caput eſt Sole
„ in Ariete conſiſtente Paſcha quot
„ annis inſtaurare lege jubemur.

At Latina Eccleſia ad primum anni Iudaici menſem pertinere exiſtimavit etiam eas lunationes, quarum quartadecima æquinoctium quatriduo non præverteret; Paſcha tamen Chriſtianum ante 22. Martii arbitrabatur celebrandum non eſſe. Hanc ſententiam tuebantur Latini, quià primis Catholicæ Eccleſiæ temporibus hæc fuerat Judæorum praxis, quemadmodum colligitur tum ex S. Epiphanio Audianor. hæreſi 70. „ Paſcha ante celebrari non poteſt, „ quàm æquinoctium confectum „ ſit, quod Iudæi nequaquam ob„ ſervant, apud quos depravata „ ſunt omnia, tum ex 7. Canone Apoſtolico „ Si quis Epiſcopus, „ vel Præsbiter, vel Diaconus Sa„ crum Paſchæ diem ante vernum „ æquinoctium cum Iudæis cele„ braverit deponatur.

Ex his conſtat primi Menſis honore apud Hebræos interdum condecoratas aliquot lunationes, quarum quartadecima æquinoctiū vernum præcedebat, quam conſuetudinem non negarunt Græci, ſed dixerunt hoc fieri contra rectam Moſaicæ Legis intelligentiam, quia Lunatio, cujus quartadecima in æquinoctium vernum incurrit, aut ad vernum æquinoctium primò con-

„ chiamata Paſqua. Giuſeppe Ebreo nel lib. 2. dell' origini c. 10. „ Nel meſe Santico (dice) da noi „ chiamato Niſan, che è il capo di „ anno ſtando il Sole in Ariete ſia„ mo per legge obligati di fare „ ogni anno Paſqua.

Nondimeno la Chieſa Latina ſtimò appartenere al primo meſe dell'anno Giudaico ancora quelle lune, la cui quartadecima preveniſſe l'equinozzio con intervallo minore di quattro giorni, benche giudicaſſe non doverſi fare la Paſqua Criſtiana prima de' 22. Marzo. Difendevano i Latini queſta loro opinione colla pratica de'Giudei ne' primi tempi del Criſtianeſimo, come ſi prova da S. Epifanio Audian. hær. 70. „ La Paſqua non „ va fatta inanzi l'equinozzio, il „ che non oſſervano i Giudei ap„ preſſo de'quali ſi è guaſtata ogni coſa, e dal 7. Canone Apoſtolico „ Se qualche Veſcovo, o Prete, o „ Diacono celebrerà il Santo gior„ no di Paſqua co' Giudei prima „ dell'equinozzio di Primavera ſia „ depoſto.

Quindi appariſce dagl'Ebrei eſſere ſtate innalzate all'onore di primo meſe alcune Lunazioni benchè haveſſero la decimaquarta inanzi l'equinozzio pratica non negata da Greci, ma tacciata d'abuſo, perchè cadendo la quartadecima nell'equinozzio, o venendo alquanto dopo, la maggior parte di tale Lunazione con-

conſequitur majori ſui parte eſt menſis verni temporis juxta verba Exodi menſe verni temporis egreſſus es ex Ægypto: at lunatio cujus quartadecima æquinoctium vernum præcedit majori ſui parte extra tempus vernum cadit, atque idcircò verni temporis menſis non eſt. Hæc tamen non probant Divinæ Legis præceptum de Paſchate celebrando obligationem induxiſſe ad æquinoctium tanto rigore cum quartadecimà comparandum præſertim quia calor, & frigus hyemis præcedentis ſegetum maturitatem pluribus diebus anticipare ſolent, ac retardare, & Paſcha celebrandum eſt menſe novorum. Ideo concordiæ, atque uniformitatis gratià in caſibus dubiis ſummi Sacerdotis, ac Synedrii decreto lunationes, quæ nimium anticipabant Feſta Paſchalia fiebant emboliſmæ, atque anno præcedenti accenſebantur, quemadmodum factum fuiſſe probat Epiſtola Paſchalis, quæ in utraque Gemarà Hieroſolymitanà, ac Babylonicà ſupereſt *Sanedrin. c.*1.11. „ Fratribus
„ noſtris filiis deportationis, iis
„ etiam, qui in Media ſunt, & in
„ Græcia, cæteriſque univerſis
„ Iſraelitis ubicunque peregrè de-
„ gentibus pacem plurimam. No-
„ tum ſit vobis quod cum agni, &
„ pulli columbarum uſibus ſacris
„ adhuc ſint impares, & tempus
„ Abib, ſeu matureſcentium fru-

„ gum

concorre colla Primavera, onde è meſe di Primavera, come dice l'Eſodo nel meſe di Primavera ſei uſcito d'Egitto: ma quando la quartadecima previene l'equinozzio, la maggior parte di ſi fatta Lunazione diſcorda dal tempo di Primavera, onde non è meſe di Primavera. Ciò non prova a baſtanza l'obligo di celebrare la Paſqua col mettere ad un ſi rigoroſo confronto l'equinozzio di Primavera colla quartadecima, da che il caldo, ed il freddo della precedente invernata ſogliono di più giorni accelerare, e ritardare la maturità de' grani dovendoſi per altro celebrare Paſqua nel meſe della nuova raccolta. Onde per maggiore uniformità, e concordia ne' caſi dubioſi con decreto del Sommo Sacerdote, e del Sinedrio le Lune, che ſoverchiamente anticipavano la Paſqua facevanſi emboliſme, e ſi davano per giunta all' anno precedente, come eſſerſi praticato ſi argomenta dalla Lettera Paſquale regiſtrata in ambedue le Gemare Groſolimitana, e Babilonica *Sanedrin c.*1. „ A
„ noſtri Fratelli condotti fuori di
„ Paleſtina, a quelli pure, che ſoggiornano nella Media, e Grecia,
„ ed a tutti gl'altri Iſraeliti in qual-
„ ſivoglia lontano paeſe dimoranti
„ aſſaiſſima pace. Si notifica come
„ eſſendo tutt'ora inetti agl'uſi ſa-
„ cri gl'Agnelli, e Piccioni, ed il
„ tempo Abib, o ſia delle ſpighe

„ ma-

„ gum nondum prope ſit, viſum „ eſt mihi, & collegis meis adiice- „ re huic anno dies triginta „ Ergo patet quis apud Judæos fuerit primus menſis.

PROPOSITIO XVI.

Controverſias Orthodoxos inter, atque Aſianos recenſere.

QUamvis 7. Canone Apoſtolico vetitum eſſet cum Iudęis in Paſchate convenire, atque a pleriſque Chriſtifidelibus dies Dominica Iudaicis Sabbatis fuiſſet ſubrogata S. Ignatio Martyre Magneſianos informante „ Celebrandum eſſe diem Dominicum „ ut dierum Principem Reſurre- „ ctione Domini conſecratum „ illis tamen naſcentis Eccleſiæ temporibus non deerant qui in multis judaizarent, quos propterea, idem S. Ignatius Patriarcha Antiochenus in Epiſtola ad Philippenſes gravi hac increpatione objurgabat. „ Quicunque cum Iudæis Paſcha „ fecerit, aut ſolemnia dierum Fe- „ ſtorum eorum ſuſceperit, com- „ participabit eis, qui Dominum, „ atque Apoſtolos ejus occide- „ runt. Verum Aſianis Paſchati cum Iudęis peragendo in quemcunque diem hebdomadæ incidiſſet pertinaciter inſiſtentibus uti ex Decreto colligitur 21. *de conſecr diſt.*3. S. Pius I. conſtituit ut Chriſtianum Pa-

„ mature non per anche vicino; e „ paruto bene a me, ed a'miei colle- „ ghi di aggiugnere a queſt' anno „ trenta giorni „. Dunque è manifeſto qual foſſe appreſſo i Giudei il primo meſe.

PROPOSIZIONE XVI.

Raccontare le controverſie de' Cattolici con li Aſiani.

BEnchè il 7. Canone Apoſtolico vietaſſe di far la Paſqua co' Giudei, e la maggior parte de'Fedeli haveſſe ſurrogata la Domenica agl' antichi Sabbati conforme all'iſtruzzione di S. Ignazio Martire a Magneſiani „ La Domenica va cele- „ brata come Feſta principale con- „ ſagrata dalla Riſurrezzione del „ Signore „ non mancarono però tra quelle primizie del Criſtianeſimo alcuni inclinati a giudaizare ancora nel far la Paſqua, e perciò ripreſi dal medeſimo S. Ignazio nella lettera a Filippeſi con queſte gravi parole „ Chiunque farà la Paſqua „ co' Giudei, o ammetterà le loro „ Feſte ſi accorderà con coloro, che „ ucciſero il Signore, e ſuoi Apo- „ ſtoli. Ma perſiſtendo gl' Aſiani nel far Paſqua co'Giudei qualunque foſſe il giorno della Settimana, in cui veniſſe come ſi raccoglie dal Decreto 21. S. Pio primo ordinò, che tutti i Fedeli doveſſero celebrarla in Domenica. „ Vi facciamo „ ſapere, che la Paſqua del Signore „ deve

Digitized by Google

Paſcha die Dominico celebraretur. „ Noſſe vos volumus quod Paſcha „ Domini die Dominico ſit celebrandum „ & paucis interjectis „ Apoſtolicà authoritate præcipimus eadem obſervari debere, „ quia, & nos eadem obſervamus, „ nec debetis a capite aliquo modo diſcedere „ Eandem conſtitutionem confirmavit deinceps S. Eleuterius, cui Meliton Sardicenſis Epiſcopus binos libellos pro Aſianorum defenſione oppoſuiſſe narratur, quos Clemens Alexandrinus refutavit, & ſub S. Victore Pontifice pluribus coactis provincialibus Synodis decretum eſt Paſcha celebrandum Dominica prima conſequente ad quartamdecimam Lunæ diem ita, ut neque ante 22. Martii, nec poſt 20. Aprilis vagari permitteretur, quæ anguſta Paſchalium limitum determinatio Concilio Cæſarienſi in Paleſtina habito tribuitur; nec liquet utrum Quartadecimani fuerint anathemate a S. Victore perculſi, ut Euſebius refert, an potius intentatæ excommunicationi ſuperſederit Summus Pontifex hortatu S. Irenęi, ut in ſuo Canone Paſchali innuit S. Anatolius. Anno demum Chriſti 325. ut habetur in collectione Canonum Creſconiana „ factum eſt Concilium apud Nicæam Bythiniæ Urbem a die tertiodecimo Calendas Aprilis, „ quod tenuit uſque ad octavum „ Ca-

„ deve celebrarſi in Domenica „ e dopo di haver' interpoſte alcune altre coſe ſoggiugne „ Comandiamo con autorità Apoſtolica l'oſſervanza di ciò, che noi medeſimi oſſerviamo, ne dovete in „ conto alcuno allontanarvi dal „ capo „. La medeſima Coſtituzione fù poſcia confermata da S. Eleuterio, a cui Melitone Veſcovo di Sardi oppoſe due Libri in difeſa degl' Aſiani confutati da Clemente Aleſſandrino; e ſotto il Ponteficato di S. Vittore radunati più Concilii Provinciali fù ſtabilita la celebrazione della Paſqua nella prima Domenica ſeguente al giorno quartodecimo della Luna, in guiſa, che non ſi permetteſſe alla Paſqua Criſtiana di venire ne innanzi li 22. Marzo, ne dopo li 20. Aprile, quali limiti anguſti vengono attribuiti al Concilio Ceſarienſe celebrato con queſt' occaſione in Paleſtina, ne è fuori di controverſia ſe gl'Aſiani foſſero da S. Vittore ſcommunicati come narra Euſebio, o più toſto minacciati di ſcommunica, e poi tolerati ad inſinuazione di S. Ireneo come accenna S. Anatolio nel ſuo Canone Paſquale. Finalmente l' Anno 325. come ſi legge nella raccolta Creſconiana de' Canoni „ ſi fece il „ Concilio in Nicea Città di Bitinia dal giorno venteſimo di „ Marzo, che durò fino a'venticinque d'Agoſto eſſendo Con- „ ſoli

,, Calendas Septembris Paulino,&
,, Iuliano Conſulibus ,, in quo tre-
centi illi octodecim Epiſcopi ex
orbe univerſo congregati quemad-
modum S. Ambroſius refert in Epi-
ſtola ad Epiſcopos per Æmiliam
,, Inter illa Fidei ut vera, ita ad-
,, miranda decreta etiam ſuper
,, Celebritate Paſchali congrega-
,, tis peritiſſimis calculandi decem,
,, & novem annorum collegere ra-
,, tionem, & quaſi quendam con-
,, ſtituere circulum ex quo exem-
,, plum in annos reliquos gignere-
,, tur. Hunc circulum Enneadecae-
,, terida nuncupaverunt ſequentes
,, illud quod non debeamus vana
,, quadam opinione ſuper celebri-
,, tate hujuſmodi fluctuare, ſed
,, vera ratione comperta ita om-
,, nium concurrat affectio, ut una
,, nocte ubique ſacrificium pro
,, Reſurrectione Domini defera-
,, tur . ,, Hacttenus S. Ambro-
ſius . At S. Cyrillus in Prologo
ad Canonem Paſchalem ait ,, San-
,, ctorum totius orbis Synodi con-
,, ſenſione decretum eſt , ut quo-
,, niam apud Alexandriam talis
,, eſſet inventa Eccleſia , quæ in
,, hujus (Paſchalis regulæ) ſcientia
,, clareret , quota Calendarum ,
,, vel Iduum quota Luna Paſcha
,, debeat celebrari per ſingulos an-
,, nos Romanæ Eccleſiæ literis in-
,, timaret, unde Apoſtolica autho-
,, ritate univerſalis Eccleſia per
,, totum orbem definitum Paſchæ
diem

,, ſoli Paolino, e Giuliano ,, . In
eſſo que' trecento 18. Veſcovi con-
gregati da tutto il mondo come ri-
feriſce S. Ambrogio nella Lettera
a'Veſcovi per l'Emilia,, tra que'veri
,, ed ammirabili Decreti di fede an-
,, cora intorno alla Solennità di Pa-
,, ſqua adunati ſpertiſſimi Compu-
,, tiſti fecero un conto di diciano-
,, ve anni , e di eſſo ne formarono
,, quaſi un circolo , che ſerviſſe
,, come di eſempio per indi rica-
,, vare le Paſque avvenire . Tal
,, circolo chiamarono Enneadeca-
,, eteride convenendo nel non do-
,, vere noi ondeggiare per vana
,, opinione intorno a tale Solenni-
,, tà , ma trovatone il vero com-
,, puto dover concorrere l'affetto
,, di ogn'uno in tal guiſa , che nel-
,, la medeſima notte da per tutto
,, ſi offeriſca il Divino Sacrifizio
,, per la Riſurrezzione del Signore
Fin qui S. Ambrogio ; ma S. Ciril-
lo nel Prologo al ſuo Canone Pa-
quale dice ,, Di conſenſo de' Santi
,, convenuti nel Sinodo Ecumeni-
,, co fu decretato , che per eſſerſi
,, trovata in Aleſſandria una Chie-
,, ſa illuſtre nella perizia del Com-
,, puto neceſſario alla regola di
,, far la Paſqua , ella haveſſe ogn'
,, anno l'incombenza d'intimare
,, per lettere alla Chieſa Romana
,, il giorno , in cui doveſſe cele-
,, brarſi la Paſqua, acciò in tal gui-
,, ſa con Autorità Apoſtolica la
,, Chieſa univerſale veniſſe in co-
,, gni-

„ diem ſine ulla diſceptatione co-
„ gnoſceret „ Socrates *lib.* 1. *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c.* 6., ac Theodoretus *lib.* 1. *c.* 9. addunt a Concilii Niceni Patribus admonitos per Epiſtolam Aſianos ad concordiam cum Reliquis Eccleſiis conſervandam, quam ipſe etiam Imperator Conſtantinus his verbis inculcavit „ eſt
„ namque ordo decorus, quem
„ omnes Eccleſiæ in toto orbe
„ apud occidentem, meridiem,
„ atque arctum poſitæ ſervare no-
„ ſcuntur; nec non, & quidam
„ orientalium. Quapropter in pre-
„ ſenti bene habere omnes exiſti-
„ maverunt, ut quod in Urbe Ro-
„ ma, tota Italia, Africa, univer-
„ ſa Ægypto, Hiſpania, Gallia,
„ Britannia, Hellade, Ponto, &
„ Cilicia libenter ſub una concor-
„ dia cuſtoditur, hoc etiam, & vos
„ ſuſcipiatis conſiderantes non ſo-
„ lum multitudinem dictorum lo-
„ corum, atque Eccleſiarum nu-
„ merum, ſed etiam quia hoc ma-
„ ximè debetis omnes communiter
„ cavere, quod ratio acuta dictat
„ nullam cum Iudeorum perjurio
„ habere communionem „ Ergo patet quæ fuerint controverſiæ Orthodoxos, Inter, atque Aſianos.

„ gnizione del giorno dovuto alla
„ Paſqua ſenza diſpute „ Socrate *lib.* 1. *dell' iſtoria Eccleſiaſtica c.* 6. e Teodoreto *lib.* 1. *c.* 9. vi aggiungono, che per lettera furono eſortati gl'Aſiani ad accordarſi colle altre Chieſe, quale concordia dallo ſteſſo Imperatore Conſtantino fù a medeſimi inculcata con queſti termini. „ Di decoro rieſce l'ordine,
„ che vedeſi in tutto il mondo oſ-
„ ſervato dalle Chieſe Occidentali
„ Meridionali, Boreali, ed alcune
„ delle Orientali. Per la qual coſa
„ preſentemente tutti hanno ſti-
„ mato a propoſito, che quanto
„ d'accordo, e volentieri ſi oſſer-
„ va nella Città di Roma, in Ita-
„ lia, in Africa, per tutto l'Egitto,
„ nella Spagna, Francia, Inghil-
„ terra, Grecia, Ponto, e Cilicia
„ voi altresì abbracciate conſide-
„ rando non ſolamente la moltitu-
„ dine de' luoghi mentovati, e
„ numero delle Chieſe, ma in
„ oltre, che dovete ſommamente
„ haver riguardo a ciò, che detta
„ la ragionevolezza di non havere
„ comunione veruna colla ſcele-
„ raggine de' Giudei. „ Dunque è manifeſto, quali foſſero le controverſie de' Cattolici con gl'Aſiani.

neomenia tertii anni poſt Concilium cui adſcripſerunt aureum numerum 3. eademque lege producto calculo ad annos novendecim debitos numeros aureos omnibus Januarii Neomeniis deputarunt. Demum repetitione inventorum numerorum poſt dies 29., & 30. alternatim ſumptos uſque ad Calendarii finem eiſdem uti cęperunt ad neomenias Cyclo annorum novendecim inveſtigandas.

Hic Cyclus cum Alexandrino conveniſſet ſi eadem aſſumpta fuiſſet epocha. Sed quia Alexandrini ut moris erat a primo Diocletiani imperantis anno, Chriſti 285. ſive ab æra Martyrum tam ſolares, quàm lunares annos deduxerant, Latini verò lunares annos a primo Concilii Nicæni anno numerare cęperant quando Alexandrinis erat aureus numerus 4. Latinis erat aureus numerus 1. unde in emboliſmis, atque in nonnullis annis communibus diſcrepabant. Latinorum Cycli meminit Venerabilis Beda de temporum ratione c. 54. eundemque Dionyſius Exiguus Cyclum lunarem appellat, ac diſtinguit a Cyclo Græcorum, quem decemnovennalem vocat in epiſtola directa Bonifacio Primicerio Notariorum, & Bono Secundicerio in qua ſic loquitur. „ Ut hoc manifeſtius „ poſſit intelligi pręſẽtis anni mon- „ ſtremus exemplo; indictio quip- „ pe

lendario l'aureo numero 3., e proſeguendo il calcolo per anni diciannove aſſegnarono gl'aurei numeri dovuti a ciaſcun novilunio di Gennaro. Finalmente ripetendo ogn'uno de' trovati aurei numeri dopo giorni 29.e 30. preſi a vicenda fino al termine del Calendario cominciarono a ſervirſi di eſſi per inveſtigare i noviluni con un periodo diciano vennale.

Queſto Ciclo ſarebbe ſtato il medeſimo con quello de' Greci ſe haveſſe cominciato dalla ſteſſa epoca. Ma perche ſecondo il coſtume di que' tempi gl'Aleſſandrini contavano tanto gl' anni ſolari, quanto i lunari dall'era de'Martiri, cioè dal prim'anno dell'Imperio di Diocleziano concorrente coll'anno 285. di Criſto, ed i Latini principiarono il loro Ciclo lunare dal prim' anno dopo il Concilio Niceno quando correva in Aleſſandria l'aureo numero 4. ſi adoprava in Roma l'aureo numero 1. onde i Latini vennero a differire da'Greci negl'emboliſmi, ed in alcuni anni comuni. Fa menzione di ſi fatto Ciclo il venerabile Beda chiamandolo proprio de Romani, e Dioniſio il Piccolo chiama tal Ciclo Lunare per differenziarlo dal Ciclo Egizziano, che chiama dicianovennale nella lettera indrizzata a Bonifazio Primicerio de' Notari, e Bono Secondicerio dove ſcriveſi. „ Per meglio ciò intendere dimo- „ ſtria-

Digitized by Google

„ pe quarta eſt, & lunaris circulus
„ undecimus, decemnovennalis
„ Cyclus decimusquartus. Integra
epiſtola apud Bucherium extat.

Conſtru ctio utrumque Cyclum exhibet, nam collocato aureo numero I. ſub epacta VIII. prodit Cyclus Alexandrinus cujus Epocha eſt annus Chriſti 285. at collocato aureo numero 1. ſub Epacta XI. reſultat Cyclus Romanus, cujus Epocha eſt annus Chriſti 326. rurſus addendo 1. datis Chriſti annis, ac dividendo ſummam per 19. numerus reſiduus, vel diviſor quæſitus in Ciclo Alexandrino exhibet Epactam, quæ per Calendarium Gregorianum patefacit Neomenias Latinorum. At ſubtracto 2. a datis Chriſti annis dividendo reſiduum per 19. numerus, qui ſupereſt, vel ſi nihil ſuperſit numerus 19. quæſitus in Cyclo Romano exhibet Epactam, quæ in Calendario Gregoriano Latinorum novilunia manifeſtat.

Præterea cum antiqui aſtronomi obſervaſſent æquinoctium vernum recurrere ſole delato ad octavum Arietis gradum, unde Germanicus in commentario ad Arati Phænomena „ Medius eſt
„ æquinoctialis circulus, qui octa-
„ vam partem Arietis tenens æqui-
„ noctium vernum facit. & Plinius l. 18. c. 25. „ Cardo tempo-
„ rum quadripartita anni diſtin-
„ ctione conſtat per incrementa
„ lu-

„ ſtriamolo coll'eſempio dell'anno
„ preſente, nel quale corre l' indi-
„ zione quarta, il Ciclo lunare un-
„ decimo, ed il Ciclo dicianoven-
„ nale decimoquarto. Tutta la lettera trovaſi appreſſo il Bucherio.

La coſtruzzione manifeſta ambedue i Cicli, poiche poſto l'aureo numero 1. ſotto l'epatta VIII. ſi ottiene il Ciclo Aleſſandrino la cui epoca è l'anno di Criſto 285. ma poſto l'aureo numero I. ſotto l'epatta XI. naſce il Ciclo Romano la cui Epoca è l' anno di Criſto 326. In oltre aggiunto 1. ai dati anni di Criſto, e diviſa la ſomma per 19. l'avanzo, o in mancanza d'avanzo il diviſore cercato nel Ciclo Aleſſandrino ſcuopre l'epatta, che ſul Calendario Gregoriano manifeſta le neomenie de' Greci; ma ſottratti 2. ai dati anni di Criſto, e diviſo il reſto per 19. l'avanzo, o in mancanza d'avanzo il diviſore cercato nel Ciclo Romano ſcuopre l'epatta che ſul Calendario Gregoriano paleſa i noviluni de' Latini.

In oltre havendo oſſervato gl'antichi Aſtronomi il ritorno degl' equinozzi all' entrare del Sole nell' ottavo grado di Ariete, onde ſcriſſe Germanico ne' commentari ſopra le apparenze di Arato
„ Il Cielo vien tagliato per mezzo
„ dal Circolo equinozziale, che
„ paſſando per l' ottavo grado
„ di Ariete cagiona l'equinozzio
„ di Primavera. e Plinio l. 18. c.
25.

„ lucis... atque omnes eæ diffe-
„ rentiæ fiunt in octavis partibus
„ ſignorum. Cumque Julius Cæ-
ſar ſpectato Solis motu medio
æquinoctium ad octavum Calendas Aprilis collocaſſet Latini ingreſſum Solis in Arietem ponebant ad XV. Calendas Aprilis imputantes primo menſi Iudaico omnes lunationes, quarum quartadecima caderet in 18. Martii, vel ad eam diem primò conſequeretur; licet ob decretum Synodi Cæſarienſis ab XI. Calendas Apriles ad XII. Calendarum Majarum Paſcha celebrarent. At Græci Hipparchum, Ptolomæum, & motum Solis verum ſequentes tam ingreſſum Solis in Arietem, quam æquinoctium vernum ad XII. Calendas Aprilis collocabant, atque in ultimum menſem Judaicum rejiciebant lunationes, quarum quartadecima præcederet XII. Calendas Apriles, eiſdem ſubrogantes alias, quibus uſque ad VII. Calendas Majas Paſcha noſtrum extenderetur. Ergo patent cauſæ diſſidiorum Latinos inter, & Grecos, quæ fuerant exponendæ.

25. „ Il Cardine delle ſtagioni ſi
„ ravvolge per quattro diverſe
„ parti dell'anno ſecondo i cre-
„ ſcimenti della luce ... e tutte
„ queſte differenze ſuccedono ne-
„ gl'ottavi gradi de ſegni: e perche
Giulio-Ceſare atteſo il moto mediocre del Sole haveva collocato l'equinozzio a' 25. Marzo, i Latini poſero l'entrata del Sole in Ariete otto giorni innanzi, cioè a' 18. Marzo, ed ebbero per primo meſe Giudaico tutte le Lune, che haveſſero la quartadecima concorrente co' 18. Marzo, o co' giorni ſeguenti inanzi all'equinozzio; ben che per cagione del decreto fatto nel Concilio Ceſarienſe celebraſſero la Paſqua da 22. Marzo fino a' 20. Aprile. Ma i Greci ſeguendo Ipparcho, Tolomeo, ed il moto vero del Sole congiunſero il primo grado di Ariete coll'equinozzio verno a' 21. Marzo riggettando nell'ultimo meſe Giudaico tutte le Lune che haveſſero la quartadecima all'equinozzio anteriore, con ſurrogarne ad eſſe altre ſeguenti, che ſtendeſſero la Paſqua fino a' 25. d'Aprile. Dunque reſtano ſpiegate le cagioni de' diſpareri fra i Latini, e Greci, il che era da eſporre.

CO-

COROLLARIVM.

HINC colligitur quare anno Domini 330. currente litera dominicali D, & numero aureo Alexandrino 8. Romano 5. Latini Paſcha celebraverint 22. Martii, Græci 19. Aprilis. Nempe quia invento numero aureo ſecundum utrumque Cyclum exhibetur epacta XXV., quæ in Gregoriano Calendario affixa eſt diei 6. Martii, & 5. Aprilis, atque Alexandrini rejiciebant in ultimum menſem Judaicum omnes neomenias, quę pręcedebant diem 8. Martii. Hac de cauſa Latini non ſatis fidentes calculis orientalium videntur reaſſumpſiſſe Cyclum Judaicum. Nam ut notat Cardinalis Noris Epiſtola S. Innocentii Papæ I. ad Aurelium refertur ad annum Domini 414., & commodam expoſitionem admittit ſi neomenia Martii Cyclo Judaico determinetur. At anno 417. Latini ideo Paſcha celebrarunt 25. Martii, & Græci 22. Aprilis quia currente literâ Dominicali G numerus aureus alexandrinus fuit 19. romanus 16. quorum uterque exhibet epactam XXVI. quæ in Calendario Gregoriano præfigitur 5. Martii, & 4. Aprilis rejeceruntque Græci in ultimum anni Judaici menſem lunationem, quæ Latinis fuit primus menſis Iudaicus. Sed nihil memorabilius Paſchate anni 455., quo Romanus Cy-

COROLLARIO.

QUindi ſi raccoglie perche nell'anno del Signore 330. correndo la Domenicale D, e l'aureo numero Aleſſandrino 8. Romano 5. i Latini faceſſero Paſqua a' 22. Marzo, ed i Greci a' 19. Aprile, cioè perche l'epatta corriſpondente all'aureo numero d'ambedue i Cicli fu XXV. regiſtrata nel Calendario Gregoriano tanto a' 6. di Marzo, quanto a' 5. di Aprile, onde gl'Aleſſandrini rigettarono nell'ultimo meſe Giudaico quella lunazione come facevano di tutti i novilunj anteriori agli 8. di Marzo. Per la qual coſa i Latini diffidando del computo Aleſſandrino pare, che ripigliaſſero l'antico Ciclo Giudaico. Poiche come avverte il Cardinale Noris nell' eſporre i faſti conſolari dell' Anonimo la lettera di S. Innocenzo primo ad Aurelio Primate d'Affrica va riferita all'anno 414., e ſi ſpiega commodamente determinando quel novilunio di Marzo col Ciclo Giudaico. Ma del 417. i Latini fecero Paſqua a' 25. Marzo, ed i Greci a' 22. Aprile perche correndo la lettera Domenicale G l'aureo numero Aleſſandrino fu 19. ed il Romano 16. de' quali ambedue danno l'epatta XXVI. che nel Calendario Gregoriano ſta in compagnia de' 5. Marzo, e 4. Aprile havendo i Greci rigettata nell' ultimo

Cyclus juxtà Latinorum conſuetudinem Paſcha exhibebat 27. Martii, Cyclus Iudaicus 17. Aprilis, & Cyclus Alexandrinus 24. Aprilis, quod cum limites Concilii Cæſarienſis nimium excedere Latinis videretur S. Leo Magnus in Epiſtola ad Marcianum Auguſtum inquit,„ Ad octavum autem calendas „ Maii Paſcha perducere nimis in„ ſolens, & aperta tranſgreſſio eſt. Idem in Epiſtola ad Eudochiam Auguſtam „ A totius antiquitatis „ exemplo, & ab omni authoritate „ Patrum diſcordat ſiquidem ad „ octavum calendas Maii (Theo„ philus) dominicum Paſcha tra„ ſtulerit præfinitos antiquitatis li„ mites nimis audacter excedens. Idcirco computum orientalium ad novum examen revocari poſtulavit „ ne fiat in diebus noſtris quod „ nunquam ante præſumptum eſt. Sed cum Orientales reſpondiſſent „ Octavo calendas Majas de„ finitus eſt dies. Occidentis Eccleſiis ſcripſit „ ſtudio unitatis, & „ pacis malui orientalium defini„ tioni acquieſcere, quam in tantæ „ feſtivitatis obſervantiâ diſſidere. At S. Proſper ejuſdem Paſchatis meminit in Chronico his verbis „ Eodem anno Paſcha Dominicum „ octavo calendas Maii celebra„ tum eſt pertinaci intentione Ale„ xandrini Epiſcopi, cui omnes „ orientales conſentiendum puta„ verunt, quamvis S. Leo quintode-

timo meſe Giudaico quella Luna, che a' Latini fu primo meſe. Ma non v'è Paſqua più memorabile di quella del 455., in cui il Ciclo Romano dava la Paſqua a' 27. Marzo, il Giudaico a' 17. Aprile, l'Aleſſandrino a' 24. Aprile, e ſembrando, a' Latini troppo innoltrata S. Leone il grande nella lettera all'Imperatore Marziano dice „ Il „ prolongare la Paſqua a' 24. di „ Aprile è coſa troppo fuori d'uſo, „ ed una traſgreſſione manifeſta. Lo ſteſſo inculca nella lettera ad Eudoſſia „ Diſcorda dall'eſempio di „ tutta l'antichità, e da tutta l'au„ torità de' Padri ſe è vero, che „ (Teofilo) habbia trasferita la „ Paſqua del Signore a' 24. Aprile „ uſcendo da' limiti dall'antichità „ ſtabiliti con troppo ardire. Perciò dimandò S. Leone la reviſione di quel computo ſoggiugnendo „ acciò non ſi faccia a' noſtri giorni „ ciò, che per l'addietro niuno ha „ mai havuta la preſunzione di „ eſeguire. Mà gl'Orientali riſpoſero „ li 24. d'Aprile appartenere di „ comun parere alla Paſqua. Onde S. Leone ſcriſſe alle Chieſe di Occidente „ Per brama di unità, e „ pace voglio più toſto aderire al „ parere degl' Orientali, che far „ naſcere diſſenſioni nell'oſſervan„ za di sì gran feſta. Con tutto ciò S. Proſpero finiſce la ſua Cronaca parlando di sì fatta Paſqua in queſti termini „ Nel medeſimo an-

H no

„ decimo calendas Maii potius ob-
„ ſervandum proteſtaretur. Ex-
„ tant ejuſdem Papæ Epiſtolæ ad
„ Clementiſſimum Principem Mar-
„ cianum datæ, quibus ratio veri-
„ tatis ſollicitatæ evidenter pate-
„ facta eſt, ex quibus catholica
„ Eccleſia inſtrui poteſt quod hæc
„ perſuaſio ſtudio unitatis, & pa-
„ cis tolerata ſit potius, quam pro-
„ bata nunquam deinceps imitan-
„ da, ut quæ exitialem attulit of-
„ fenſionem omnem in perpetuum
„ perdat authoritatem.

„ no ſu celebrata la Paſqua a' 24.
„ d'Aprile per la pertinace oſtina-
„ zione del Veſcovo di Aleſſan-
„ dria, a cui vollero aderire tutti
„ i Veſcovi d'Oriente, benche
„ S. Leone ſtimaſſe manco male il
„ farla a' 17. d'Aprile, e di ciò fa-
„ ceſſe proteſta. Sono publiche le
„ lettere di queſto Papa indrizzate
„ a Marziano Principe Clementiſ-
„ ſimo, colle quali ad evidenza
„ ſi è fatta notoria la ragione del-
„ la verità ſollecitata, e dalle qua-
„ li reſta iſtruita la Chieſa come
„ queſta perſuaſione per brama di
„ unità, e pace fu più toſto tole-
„ rata, che approvata non doven-
„ doſi mai più imitare, mà do-
„ vendo per ſempre rimanere ſen-
„ za autorità ciò, che cagionò una
„ micidiale offeſa.

PROPOSITIO XVIII.

Correctionis Gregorianæ cauſas, & fundamenta producere.

